





Ecclesiae Evangelicae Hamburgi Instauratae Historiam

exposuit

Otto Krabbe,

SS. Theol. et Phil. Doctor, Philologiae Sacrae Professor Publ., H. A. Gymnasii Academici Rector.



Hamburgi 1840.

Typis Joannis Augusti Meissneri, Amplissimi Senatus, Gymnasii et Joannei Typographi.





Appropinquantibus jamjam festis diebus, quibus nova Musarum in patria urbe sedes literis ingenuis bonisque artibus Amplissimi Senatus auctoritate et communi Ejus et Civium decreto Calendis Decembribus anni Domini MDCCCXXXVI constituta et comparata solemniter est inauguranda et cum bonis ominibus votisque ac precationibus auspicanda, praeclarissimum publicae munificentiae et liberalitatis monumentum, consentaneum nobis visum est, hac nostra scriptione, qua solemnem Gymnasii academici inaugurationem Civibus annuntiemus et ad haec solemnia publica frequenter spectanda et audienda invitemus, sacrorum Hamburgi instaura-

torum historiam fusius uberiusque adumbrare et vividam, quoad fieri potest, et ad verum expressam illius temporis imaginem, quo ecclesiae christianae novus dies ac pulchrior illuxit, Civibus ante oculos ponere. Quod autem in indicenda hac solemni inauguratione scribendi materiam ex urbis nostrae historia depromo, non alienum id ab illo solemni actu esse arbitror, praesertim quum duplex sit pietatis officium, quod sacris ecclesiae Hamburgensis emendatis pie persolvere jubemur. Primum omnium notissimum, externam rei publicae nostrae conditionem originem traxisse saeculo decimo sexto ex illis motibus, quibus nova ecclesiae forma, sacris ejus purgatis et instauratis, urbi nostrae contigisset, eamque cum novo ecclesiae statu arctissime fuisse connexam. Quum igitur felicitas publica, ad quam haec solemnia nostra etiam referenda sunt, ex hoc uberrimo et perenni fonte sit derivanda, illud profecto sequitur, novam illam divinae humanaeque doctrinae officinam deberi optimae rei publicae nostrae constitutioni, quae non solum praesidium, verum etiam ornamentum literis artibusque ingenuis libentissime et liberalissime afferat.

Deinde si nihil gravius veriusque vel cogitari vel dici potest quam ex sacris emendatis magna commoda et orna-

menta in literas excolendas redundasse, ex iisque plurimarum doctrinarum semina majore incremento provenisse, omnes uno ore consentient, communi vinculo etiam in urbe nostra inter se colligatam esse ecclesiae reformationem et scholarum omnium emendationem, literarumque optimarum professionem a contemptu et ab intolerabili ineruditorum hominum insolentia vindicatam. Quod intimum inter rem publicam nostram et inter ecclesiam instauratam literasque excolendas consortium quum inter eas causas sit referendum, quibus illius temporis memoria nulla vetustate unquam abolescet, sed apud omnes bonos viva vigilque conservabitur, in hac solemnium quae nobis indicenda sunt raritate Civium animos communi gaudio explebit.

Atque locus ipse, quo auspicantibus Scholarchis Senatus Populusque Hamburgensis novam literarum sedem ad ecclesiam christianam veramque humanitatem promovendam et ad omne doctrinarum genus alendum augendumque exstrui jussit, est area antiquissimo urbis templo eoque Cathedrali majorum pietate olim ornata, unde nuntii evangelici, discussis ac depulsis paganorum, qui adhuc ea, quae tum nobis divinitus affulgebat, aeternae veritatis luce caruerunt, tenebris, salutiferam

ecclesiae christianae doctrinam per omnes terras septentrionales diffunderent, regnumque Christi divinum in hominum animis firmarent, eoque veram humanitatem propagarent. Fuit etiam Deus ipse, solus omnis salutis limpidissimus fons, qui divina Jesu Christi doctrina temporis decursu humanis erroribus magis magisque oppressa, hoc beneficium in patriam urbem benigne contulit, ut paullo postquam Lutherus, vir immortalis memoriae, ecclesiae evangelicae diem natalem dedit, atque divina providentia annuente sacrorum reformationem peregit, ei quoque sacra emendata contigerint, quibus salutiferi evangelii segetes longe lateque spargerentur, civesque cum ad externam rei publicae tum ad internam et perpetuam regni divini libertatem adducerentur. Iam vero antiquissimam urbis aedem Cathedralem, quae spissas ignorantiae et superstitionis tenebras evangelii luce olim discussit, in hac nostra divinarum humanarumque literarum officina nunc quodammodo esse renatam summo cum gaudio videmus. Si igitur his festis diebus pia mente recolamus memoriam hujus temporis, quo reformatores, acerrimi aeternae veritatis vindices, religionem Christianam a sordibus purgatam in lucem conspectumque hominum produxerunt, profecto non possumus, quin diligentius gratoque animo consideremus, quam praeclare hoc

novo literarum optimarum domicilio exstructo parata sint, quo omnium nostratum studia excitarentur, verae doctrinae praesidia et instrumenta.

Denique licet hac nostra aetate non defuerint scriptores, qui in hac historiae ecclesiasticae urbis nostrae parte illustranda vel doctam diligentiam vel ingenii acumen vel utrumque ponerent, tamen quum universalis quaedam ecclesiae evangelicae Hamburgi instauratae adumbratio adhuc desideretur, haec scribendi materia neque studiis nostris, neque solemnibus ipsis, nec quae accuratius subtiliusque tractaretur, indigna videbatur. Neque verendum mihi esse arbitror, ne apud nonnullos in temeritatis reprehensionem incurram, quod ea audeam attingere, quae jam satis trita et pervulgata esse videantur. Nam quum minime omnes difficultates, quae reformationis ecclesiae Hamburgensis historiam premant atque in singulis ejus partibus dubie haesitare atque immorari cogant, sint expeditae, ac nova quaedam a nobis afferri possint, hujus temporis memoriam ita componere studebimus, ut, etsi non omnibus numeris absoluta et perfecta, tamen juvante Deo perfectior ejus cognitio aliqua ex parte hac nostra commentatione efficiatur.

Nos vero his festis diebus, quibus novum divinae humanaeque doctrinae sacrarium nobis gratulamur, atque divinae providentiae beneficia largissime in nos collata animis nobiscum reputamus, in memoriam omnium revocemus, id esse summum bonum sacris ecclesiae instauratis a patribus nostris et sibimet ipsis et nobis partum, quod ecclesia evangelica non ex arbitrariis singulorum commentis atque fluctuantibus hominum opinionibus, huc illuc, tanquam incertis acta tempestatibus, ipsa fluctuans pendeat, sed quod verbo evangelii divino tanquam firmo et unico fundamento subnixa legibus divinis, certis atque aeternis, sapientissime gubernetur, ut etiam in hac nova liberalium doctrinarum sede omnia ad nativam evangelii veritatem atque ad rectam ac stabilem ejus normam egregie revocentur.

Vetus est atque omnium doctorum et intelligentium communis opinio, jam saeculo decimo quinto, quod rerum ecclesiasticarum emendationem praecedebat, genuina verbi divini veritate misere corrupta et depravata atque morum disciplina temporum malignitate penitus labente, ecclesiam in eum rerum statum pervenisse, ut propinquam esse ejus ruinam ex multis iisque gravissimis signis saepissime portenderetur.*) Quinetiam eo res devenerat, ut inter singulos populos catholicae fidei addictos haec sententia invalesceret, plane necessariam esse factam, nisi omnia funditus corruere deberent, generalem ecclesiae reformationem,**) quae perversam perque tot saecula inveteratam rerum ecclesiasticarum conditionem immutaret, eamque ad pristinam fidei morumque integritatem et simplicitatem revocaret. Nam si ecclesiae illius aetatis imaginem, qualis oculis nostris obversatur, accuratius intueamur, universam ecclesiam Romanam

*) cf. Joannis episcopi Chemensis onus Ecclesiae cap. 19 de indispositione Romanae Curiae §. 14: „Quam ob rem vehementer praesumendum est ac provide est timendum, propinquam nunc esse ruinam Ecclesiae latinae circa dignitatem ecclesiasticam, quoniam debile fundamentum ruinam causat. Unde columna Dei viventis jam pene videtur nutare et sagena summi piscatoris, scilicet Petri, procellis intumescentibus cogitur in naufragii profunda submergi: quod nemo percipit corde, neque ad praedictas revelationes et avisationes fit cujuspiam emendatio, sed singuli Pontifices, tam summi quam inferiores, carnalia sequentes, exhibent se magis mixti Antichristi praecursores quam veri Christi fideles servitores."

**) Quam sententiam ipse Maximilianus imperator ita probavit, ut non solum Concilii Pisani vocationi benevole annueret, verum etiam solemni decreto ex auctoritate imperatoria Concilium convocaret. Triburgi XVI mensis Januarii 1511 et Muldorf. V. Junii ap. Goldast, Constitutiones Imp. I, 421.

ab apostolico exemplo prorsus defecisse, atque inde miserrimam fidei ac morum corruptionem et pravitatem esse exortam apparet. Sicut ecclesia Romana in dogmaticis humana cum divinis, externa cum internis intemperanter commiscuerat, sic etiam quum fidei cum moribus arctissima sit consortio, praeter divinae veritatis inscitiam foedamque superstitionem morum corruptela ecclesiam invaserat.

Degeneraverat fere totus clericorum ordo. Nam quum ecclesia Romana doctrinae apostolicae integritatem et simplicitatem minime servasset, verumque Dei cultum tristissimis superstitionibus maculasset,*) necessarie factum est, ut altera corruptela ex altera prodiret, neque ulla in ecclesiae corpore pars sana exsisteret.**) Clericorum mores, qui in omnium vitiorum genera aberrabant, magis magisque lapsi sunt, tum ire coeperunt praecipites, donec his temporibus, quae praecedebant sacrorum per Lutherum emendationem, morum disciplina penitus corruit.***) Iam publice castitatem vitaeque sanctitatem clerici respuebant.†) Quorum ingenia non prona erant ad ecclesiae salutem sustentandam, hominumque animos divina evangelii luce collustrandos et fovendos, sed id solummodo spectabant, quomodo in quaque re agenda cupiditatibus voluptatibusque indulgerent. Quadrat etiam in hunc religionis publicae

*) Die religiöse Stellung des Papstthums ap. Ranke, deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation Vol. I, p. 233 - 247.

**) Lavacrum conscientiae. (Colon. 1499) c. 4. 7. 13. sqq.

***) Epistola de miseria Curatorum, Aug. Vind. 1489 in Append. ad catalogum testium veritatis p. 283 sqq.

†) Hermannus Ryd de Reen, de vita et honestate clericorum c. 1. Quot publicos fornicatus sive fornicarios videmus! imo quod pejus est, tales et hujusmodi sic vivere permittuntur publice ab eorum Praelatis, solum quod omni anno porrigant certam quotam pecuniarum Officialibus eorum.

statum prorsus deploratum, quod de temporibus Eli legimus:*) verbum Domini fuisse rarum illis diebus. Neque solum haec verbi divini raritas afflixerat rerum ecclesiasticarum conditionem, sed accesserat publica publici cultus profanatio; in externo religionis cultu omnia petulanter gerebantur, unde populum cultus divini contemtu laborasse facile conjicias. Atque quum satis constet, clericos indulsisse stupris, adulteriis, avaritiae, intemperantiae atque petulantiae,**) quis miretur, si haec expenderit, laicos eandem viam, quam sacerdotes suo exemplo praeirent, esse ingressos.***) Saepissime prolapsi sunt in eum licentiae, intemperantiae et impietatis gradum, ut nihil sanctum et venerabile haberent. Merito igitur, quocunque conjeceris oculos, tempora haec dixeris exulceratissima.†)

Neque quidquam fiebat, quo illa ecclesiae scandala opprimerentur atque haec offendicula publica ab episcopis et archiepiscopis publice tollerentur. Clericorum ulcera potius titillarunt vel occulta-

*) 1 Sam. 3, 1.

**) Ut ex ingenti testimoniorum multitudine unum afferamus, conferatur Stephani Infessurae Diarium Romanae urbis ap. Eccard. Corpus hist. med. aevi Vol. II, p. 2011. „Alexander consuetudinem jam coeptam per Innocentium de maritanda prole foeminina prosecutus est et ampliavit. Incumbit igitur clerus omnis, et quidem cum diligentia circa sobolem procreandam. Itaque a majori usque ad minimum concubinas in figura matrimonii et quidem publice attinent etc.

***) Ludovicus episcopus Spirensis eo tempore queritur ap. Würdtwein subsidia diplom. XII, p. 247. — validus et frequens clamor ad nos perduxit, quod nonnulli, immo ut asseritur multi, per civitatem et dioecesim nostras adeo patule et publice secum tenuerint et teneant mulieres suspectas et concubinas, tamque reprehensibilem cum eis agant vitam, quod exinde laici non tantum scandalisantur, sed et ipsi eorum exemplo similiter peccandi sumant occasionem etc.

†) Quod etiam Cardinalis Bellarminus, acerrimus sacrorum emendatorum adversarius, fatetur Opp. Vol. VI p. 296. Dan. Gerdesii introductio in historiam evangelii saec. XVI renovati I, p. 25.

runt quam reciderunt et sanarunt.*) Sic ex universa ecclesiae conditione satis superque cognoscimus, clericos vitiorum temperationem et moderationem reditumque ad meliorem frugem pertinaciter denegare potuisse, quamvis reformandae ecclesiae desiderium ad cujuscunque generis homines penetrasset, eorumque animos melioris aetatis cupiditate implevisset. Est utique distinguendum inter singulas singularum ecclesiarum maculas lapsusque nonnullorum clericorum graviores et inter publicam totius ecclesiae corruptelam. Non de illis, sed de hac sermo est.**)

Vitiorum exempla copiosa satisque insignia ubique in ecclesia hoc tempore occurrunt. Latebat etiam, quod funestissimum esse quisque facile concedet, sub detestando pietatis fomite ignis, qui ingentem subinde flammam excitavit, pessima nimirum voluptatis cupiditas, qua incensi clerici nullis religionis vinculis, nullo metus repagulo a flagitiis committendis cohiberentur, ut vetus illa erga clericos reverentia paullatim ex hominum animis penitus excuteretur. Atque quum Pontificii ecclesiam nullam esse veram statuant praeter eam Pontifici Romano subjectam, hanc Papae dominationem fulcris et adminiculis papalis potestatis ex arbitrio excogitatis et adhibitis quovis modo sustentarunt.***)

At Papa et curia ejus Romana potestatem sibi arrogatam non in ecclesiae aedificationem, quemadmodum redemptor noster templum

---

*) Jacobus Siberti De calamitatibus hujus temporis (ed. J. C. L. Gieseler in: Vater, kirchenhistorisches Archiv, Fasc. 2. p. 109 sqq.) ,,Accepit nempe antistes a sacerdotibus pecunias et dimisit illas concubinas: forte vel nesciebat alio remedio malitiae temporum obviare vel multitudine territus proficere desperabat. l. c. p. 184.

**) Georgii Imperatorum totiusque nationis germanicae gravamina adversus sedem Romanam. (Francof. et Lips. 1725) p. 279 sqq. Münch, Concordate Vol. I, p. 96 sqq.

***) Inter eos, qui papalis dominationis patrocinium velut insania quadam et plane occoecati eo tempore susceperant, dignitatisque pontificiae plenitudinem et principatum ex patribus et

Domini spirituale aedificavit, sed in ecclesiae perniciem et interitum perversissima ecclesiasticarum cum civilibus rebus confusione, quasi nulla plane essent ecclesiasticarum rerum et civilium discrimina, usurpavit. Ac tristissima est trita haec et pervulgaris hujus temporis querela, exsecrabilem et maledictam simoniam quotidie a papa et cardinalibus beneficiis ecclesiasticis vendendis com mitti*), omnia apud Pontificem esse venalia, dignitates, honores, matrimoniorum copulas, divortia et repudia uxorum, quin etiam hominum delicta pretio soluto condonari, illumque dominum apostolicum id solummodo agere atque spectare insatiabili desiderio, quomodo

pseudoisidoriana decretalium collectione probare studuerunt, nominandus est imprimis Joannes de Turrecremata ex ordine praedicatorum, qui in summa de ecclesia et ejus auctoritate lib. II c. 65 sententiam suam sic exponit „Romanus Pontifex immediatus Praelatus et judex est omnium Christianorum, potestque facere in toto orbe terrarum, quicquid inferiores Praelati agere possunt. In quocunque ordine quando tota potestas inferiorum dependet et originatur a postestate superioris, ad quaecunque se potest extendere potestas inferiorum, ad omnia illa se potest extendere immediate potestas superioris: sed potestas jurisdictionis, de qua est sermo, omnium aliorum Praelatorum in ecclesia a potestate papae derivatur; ergo sequitur, quod summus Pontifex potest in toto orbe omnia facere immediate, quaecunque possunt alii Praelati. — Idem de potestate papali c. 112: Credendum est, quod Romanus pontifex in judicio eorum quae fidei sunt, spiritu sancto regatur et per consequens in illis non erret: alias posset quis eadem facilitate dicere, quod erratum sit in electione quatuor evangeliorum et epistolarum canonis.

*) Cf. Gravamina nationis Germanicae adversus Curiam Romanam Joanni Card. S. Angeli Nicolai V. P. R. Legato exhibita in Walchii monumentis medii aevi, fasc. I p. 101 sqq. „Si reformatio debeat esse regularis et ordinaria, oportet ante omnia, quod noster Papa et sua Romana Curia primo et principaliter reformetur, propter multos excessus multasque exorbitantias, quae per eum et suos Cardinales per illam exsecrabilem et maledictam simoniam quotidie committuntur in vendendo ecclesiastica beneficia." — Item Dominus Apostolicus omni die insatiabili desiderio cogitat cum suis, quo modo totam substantiam nationis Germanicae sibi valeat acquirere. — Item in curia Romana sunt publici usurarii, bancarii et campsores, cum quibus Papa et Cardinales habent pecuniam, cum damno vel lucro, Deus novit.

sive anni jubilaei indulgentiis sive in universum perniciosissima ista peccatorum nundinatione Christianorum piorum pecunias congereret,*) quibus ingentes curiae Romanae sumtus ali sustentarique possent.**) Praeterea etiam quamquam omnia scelera bonis viris odiosa atque invisa sunt, fortasse autem multi laici clericorum vitiis defensionem vel excusationem praetendere ac praetexere consueverunt, tamen curia Romana vitiis implicata atque illaqueata ita tenebatur, ut nihil esse jam scelerum vel flagitiorum, quod non Romae publice et in domo Pontificis committatur, merito diceretur. Itaque plurimis, qui ecclesiam, id est sanctorum congregationem, a vitiorum sordibus purgatam voluerunt, vix credibile visum est, posse ecclesiam generalem reformari, nisi curia Romana fuerit ante reformata.

Ad eas causas, quas attulimus, cur omnes de horum temporum infelicitate graviter conquererentur, accedit haec quoque, quae in neglectu***) optimarum artium et in illo quasi torpore ac veterno, qui jam pridem clericorum animos vel rebus carnalibus voluptatibusque vel ineptiis et nugis †) deditos occupaverat, est collocanda. Ac profecto ita ad ignaviam et otiosam vitam haec tempora inclinave-

*) Lünig Teutsches Reichsarchiv p. 299 et Ludovici Tuberonis Comm. de temporibus suis (1490 - 1522) lib. I. §. 16: solos falsarios hoc corruptissimo tempore sedes Apostolica ultimo supplicio afficit, in caeteris connivere solet: eo quod falsi crimen, quum Pontificum, quorum omnis in comparandis duntaxat pecuniis cura fixa est deterat emolumenta, capitale putatur.

**) De magnis pecuniis, quas curia Romana ex Germaniae ecclesia eo tempore fecit, conf. L. Ranke Deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation. Vol. I, p. 252 sq.

***) Georg Müller, Reliquien alter Zeiten, Sitten und Meinungen Vol. III, p. 245.

†) Cujus rei plurima exempla exstant in notissima illa Jo. Oecolampadii ad Capitonem theologum epistola apologetica de risu paschali. Confer etiam Roscoe Leben und Regierung des Papstes Leo des Zehnten. Aus dem Engl. von A. F. G. Gläser mit Anm. von Henke Vol. III, p. 63.

rant, ut non solum doctrinae amor, verum etiam verbi divini perscrutandi veritatisque aeternae explorandae studium omnino periret.*) Neque vero mihi mirandum esse videtur, clericos, quum non in promtu iis esset verbi divini scientia, ne dicam doctrina, ut in discenda veritate divina pigerrimos, ita in evangelio praedicando et in salute aeterna hominum animis proponenda negligentissimos esse versatos. Molles illi et voluptuarii homines quum literarum studium inamoenum et bonarum artium cognitionem et intelligentiam asperam et salebrosam haberent, inscitiae et erroris caligine sua culpa occaecati internam ecclesiae perniciem atque interitum subornarunt. Non igitur arbitror me falli dicentem, ipsas esse literas humaniores,**) quae post susceptam saeculo decimo quinto ipsarum instaurationem, Romanae curiae potestate et dominatione labefactata, sacrorum reformationi viam munirent.***)

Quibus praemissis, operae pretium facturus videor, si, antequam longius progrediar, ea, quae sacrorum emendationem in urbe nostra

---

*) Cf. Jo. Trithemii Institutio vitae sacerdotalis (script. a. 1485) c. 4 in ejusd. Opp. ed. Busaeus p. 765 sqq. Studium scripturarum sacerdotes nostri abjiciunt, eruditionem negligunt, pro libris scripturarum aves et canes enutriunt. Nihil aliud quam mundanum sapiunt, nihil quam vanum diligunt, nihil nisi carnale intelligunt. — Quantos errores, fabulas et haereses in ecclesia praedicando populis enunciant, quis nisi expertus credere posset! Pro libris sibi liberos comparant, pro studio concubinas amant. Isti sunt caeci duces caecorum, qui populum Dei ad justitiam non erudiunt, sed potius seducunt. Non possum non dolere, videns omne malum in ecclesia ex ignorantia sacerdotum procedere etc.

**) Erasmus in epist. ad Cretium: Adnixus sum ut bonae literae, quas scis hactenus apud Italos fere paganas fuisse, consuescerent de Christo loqui. — Heerens Geschichte der classischen Literatur im Mittelalter. Th. I, S. 316 ff.

***) Cf. Hagenbachs Vorles. über Wesen und Geschichte der Reformation. Vol. I, p. 138 sqq. Meiners, Lebensbeschreibungen berühmter Männer Vol. I, p. 50 sqq. Athenae rauricae p. 251 sqq. Ranke, deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation Vol. I, p. 261 sqq.

praecedebant, perscripserim, ut accuratius intelligatur, quomodo gravissima haec sacrorum reformatio, Hamburgi quoque ab exiguis profecta initiis, magis magisque eo creverit, ut acerrima veritatis evangelicae vis omnium animos perculerit. Si igitur primae reformationis Hamburgensis origines proximaque his originibus sint inspiciendae, a conspectu malorum, quae ecclesia Hamburgensis per tantam annorum seriem patienter tolerabat, ad sacrorum Hamburgi quoque instaurandorum necessitatem perspiciendam facile progrediamur. Quae autem a nobis de generali universae ecclesiae conditione atque de causis internae ipsius corruptionis praemonenda esse videbantur, ea etiam in ecclesiae Hamburgensis statum depravatum cadere vere contenderim.

Exortae erant jam saeculo decimo quinto labente publicae et clandestinae lites atque dissidia inter clerum et inter Senatum Populumque Hamburgensem, quibus in Patrum et Populi animis opinio invaluit, clericos in rei publicae detrimentum occultis insidiis et machinationibus apud Pontificem Romanum id effecisse, ut, re ad curiam Romanam delata, saepius in Senatum et Cives male decerneretur. *) Quod Senatus et Cives aegerrime tulerunt, idque odii iraeque semen altius radices egit. Est enim hoc insitum hominum animis, ut ira vel dolore magis commoveantur, si semet ipsos ab iis, in quos beneficia contulerint et quibuscum arctior iis sit conjunctio,

---

*) Alberti Krantzii Wandalia lib. XIV, c. 23. In Hamburgo molestior erat causa, quod populus cum patribus in suspicionem venerat, per clerum fieri occultis machinationibus, ut in Romana curia et senatus et cives vexarentur: idque ex litteris inconsulte ab urbe missis in nomen quorundam falso efferebatur. His litteris quasi evangelio creditum: pro comperto fuit, omnia ex clero in illos machinari. Ex hac radice amara pullularunt germina pessima.

laesos vel minimi habitos intellexerint.*) Ardescebant etiam jam per longam annorum seriem vehementissimae controversiae inter civitatem nostram et Capitulum Cathedrale, in quibus hinc illinc graviter disceptaretur, quousque Capitulum jurisdictionis limites vel in suos vel in alios proferre posset.**) Quae quidem jurisdictio non intra fines earum legum continebatur, quibus civitas nostra hanc Capituli jurisdictionem suo jure circumscribere atque cohibere voluit.***) Haud raro mota est disceptatio de singulis clericorum privilegiis,†) quae

*) Krantzii Wandalia lib. XIV, c. 26. Quo tempore per brumam Hamburgenses cum plebe patres novo more et prudentibus viris alieno, capitulum ecclesiae illius coangustabant, ut concuterent, extorquentes justo metu quarundam rerum expromissionem. Nam instructis ante et inflammatis odiis civium ad hoc evocatorum, magna manu collecta, senatus cum illis postulavit, capitulum adesse in capaci refectorii loco, ignorante clero quod tanta essent adventuri multitudine: alioque sibi quisque consuluisset. Non erat insolitum venire totum urbis concilium, ad tractandum eum capitulo: idque tum exspectavere. Illi vero multitudine circumfusi venerant. Ibi quum aliquantae querimoniae, in clerum praesertim et capitulum, speciatim quasdem personas ex nomine designatas intentarentur, quod perperam clerus et praesertim in eo majores in populum civitatis et concilium ageret, suggerentibus illis ut in senatum causae in Romana curia excitarentur et quae in manibus fuissent personarum de capitulo, ut facile terminarentur, eo esse missas, ut vexaretur urbis concilium: ita ut male judicantes fecerint causas suas. Privatim cives nonnulli suas quoque querimonias detexerunt in personas: et jam inflammati ira et odio cives, non sunt passi responderi objectis. In summa, post clamores et inconditas rixas, cives ipsi urgentes capitulum concusserunt, ea constituentes quae sequuntur.

**) Fuerunt imprimis urbes Germaniae imperiales, quae jurisdictionem de clericis ad coercendam eorum arrogantiam sibi vindicarent; cf. Jäger, Mittheilungen zur schwäbischen und fränkischen Reformationsgeschichte Vol. I, p. 7 sq.

***) Omnino singulae civitates eam ipsam rem scilicet jurium clericorum circumscriptionem tum affectarunt; inter alia inspicias J. G. Reinhardi Meditationes de jure principum Germaniae, cumprimis Saxoniae, circa sacra ante tempora reformationis exercito p. 230 sq.

†) Adami Thracigeri Chronicon Hamburgense ad annum 1499 ap. E. J. de Westphalen, monumenta inedita rerum Germanicarum praecipue Cimbricarum et Megapolensium

certa quadam mensura nec comprehendi nec definiri poterant. Si quis clericus nova jura sibi arrogare et vindicare vel antiqua pertinaciter tueri vellet, denuo antiquissimae istae lites interdum fere compositae novo ardore incendebantur.

Quantum autem augebatur clericorum numerus, tanto majore pecunia ad vitam eorum alendam sustentandamque opus erat et quia ea, invitis Civibus, conferri non poterat, immunitatem, qua gaudebant, quovis modo temere extendere studebant. Multi per eos annos motus multique impetus hinc illinc facti, quibus animi ad iram excitarentur et ad illam jam antiquitus insitam odii pertinaciam instigarentur. Saepius Capitulum Cathedrale non solum atrociter et arroganter se gessit, verum etiam identidem nostrates excommunicatione,*) quin etiam urbem nostram interdicto graviter notavit,**)

Vol. II, p. 1387. In diesem Jahre erhub sich abermahl ein Wiederwille zwischen dem Thumb-Capittul und dem Rath und Borgers zu Hamburg, der Rath und Gemeinde begehrten, dass die Thumb-Herren ihre Brauhäuser, davon sie achte hatten, den Bürgern verkauffen sollten, damit der Vortheil des Brauwercks bei der Bürgerschafft bliebe, dass sie auch zu Graben und Wallen mit steuern und zulegen sollten, und noch mehr Articul wurden dem Capittul vom Rath zu Hamburg und der Gemeine fürgehalten etc.

*) Thraciger ad ann. 1340 ap. Westphalen l. l. p. 1299. Umb diese Zeit erhub sich ein grosser Wiederwille zwischen dem Capitull zu Hamburg und dem Rathe und Gemeine daselbsten; dann es hatten sich die Geistlichen bürgerliche Freiheit und Gerechtigkeit anmassen wollen, welches ihnen der Rath und die Bürger nicht nachgeben wollten und gerieth die Sache dahin, dass die Bürger an etliche Personen des Capituls die Hand legten, darumb das Capitul aus der Stadt entweichen musste, dagegen gebrauchte sich das Capitul des geistlichen Zwanges, thaten den Rath und Gemeine in den Bann, verbothen in der Stadt keine Messe zu lesen, noch die Sacramenta zu reichen etc.

**) Nic. Staphorst, Hamburgische Kirchengeschichte P. I. Vol. II. p. 53 sq. p. 591 sq. et Praef. in P. II. Vol. I. Etiam A. 1499 et 1501 Capitulum Cathedrale diras in urbem nostram jactavit atque solemnem excommunicationem per plures annos, certe usque ad annum 1508 sanxit et sustinuit, quamvis cives excommunicationem ab urbe avertere studuissent.

nunc ex arbitrio singulos urbis incolas disciplinae ecclesiasticae poenis afficiendo, nunc ipsi Senatui variis in occasionibus diras atque excommunicationem imprecando.*) Quae quum ita se haberent, pecuniae publicae non redibant, mercatura clericorum diris inhibita atque re publica in universum multis incommodis iisque gravissimis inde enatis vexata. Interdum canonici concordiam inter Senatum et Cives rei publicae saluti saluberrimam dirimere nefarie conati sunt, sed frustra. Hi enim arctissimo pietatis vinculo conjuncti arrogantiam superbiamque Capituli severe ac constanter depugnarunt.

Igitur, antiquissima illa lite semper denuo recrudescente, quum pars utraque acrior cooriretur, ad controversias componendas et ad Civium iram, quam recens ignominia in animis ad contumeliam inexpertis accenderat, opprimendam Cardinalis legatus Raymundus Hamburgum missus est, ubi ex dignitate magno cum apparatu splendide exceptus est.**) Neque ei contigit, ut Patrum Civiumque fiduciam prioribus temporibus in Capitulo collocatam, tum autem laesam et labefactatam plane restitueret.***)

---

*) l. l. Van des Bannes wegen, darinnen gekamen wären Herr Herman Langenbeck und Herr Johann Huge unde man sick befürchten musste, dat kortens de gantze Rath in den Bann queme, dat wolden de Börger ernstlich hebben, dat se sick des Bannendes entholden, se dächten schlichts nenen Bann tho hebbende, so ferne also se dächten hier in den Porten to blivende.

**) Krantzii Wandal. lib. XIV, c. 31. Tum vero (Cardinalis legatus) per Hamburgum iter faciens, ubi ex dignitate susceptus est, egresso foras omni clero in albis: quum primores populi, senatus ac cives majores ordine suo starent ad portas, medium excipientes venientem, quum longo ordine stantes plateam paene implerent. Ducitur in ecclesia primum ibique orans procumbit.

***) Thraciger ad ann. 1503. Folgenden Tages hat er sich bearbeitet die Zwiespalt zwischen dem Hertogen zu Lüneburg und den Städten Lübeck und Hamburg, von wegen des Teiches in der Gamme zu vertragen, aber es war alle Arbeit vergeblich; er beschaffete dass die Irrungen zwischen der Geistlichkeit und dem Rathe und Burgern zu Ham-

Ex iis, quae legatus apostolicus in monachorum claustris inspiciendis acerbe et acriter vituperavit, morum perversitatem vitiorumque multitudinem, qua clerus Hamburgensis laborabat, cognoscere licet.*) Ubique nostratum querelis de clericorum vita interfuit. Neque desunt alia testimonia, quibus miserrima ecclesiae facies adumbrari possit. Clericorum vita erat turpissima et foedissima, quae pejor in urbe reperiri non potuerit. Ecclesiae legibus a matrimonio prohibiti, nec tamen casti et continentes urbem stupris et adulteriis implebant, nec tamen castigari vel justis poenis affici poterant, ecclesiasticae jurisdictioni solum addicti. Raymundus autem concubinarios, quorum non exiguus erat numerus, non leviter strinxit, sed graviter iratus de ecclesiae statu misere depravato vindictam divinam iis anunciavit et proposuit, nisi concubinas e vestigio dimitterent.**) Non mirum est, quum jam pridem clerici a vero Dei cultu longe lateque aberrassent, Dei timore plane abjecto, vitae ipsorum integritatem plurimis vitiis et maculis esse adspersam et inquinatam, neque quemquam

---

burg in ein Compromiss verfasset wurden. — Krantzii Wandal. ibid. Clerum Hamburgensem quum laborare intelligeret sub dura manu laicorum, perfecit, ut causa in compromissum devolveretur, qua via non diu post tolerabiliter sedata est per diligentiam duorum ex Luneburgo proconsulum.

*) Thraciger ibid. Er gebot bei dem Banne den Pfaffen, dass sie ihre Beischläferinnen innerhalb eines Monats Frist von sich thun sollten, besuchte die Münche in den Klöstern, vermahnete sie, dass sie in steten Gehorsam und Willigkeit der Regulen ihres Ordens halten sollten und ihr Leben darnach richten; ap. Westphalen l. l. p. 1389.

**) Krantzii Wandal. lib. XIV. c. 31. Religiosos idem legatus visitavit, verbo exhortationis usus, ut disciplinam regularem amarent, repararent, observarent. Majoribus etiam praecepit sub excommunicationis poena, ut intra mensem susciperent Martinianam. Intra annum inchoarunt, quum etiam praedicatores reformationis verbum praetenderent. Clerum ejus loci adhortatur, ut in sanctitate et justitia Domino, praecipiens nihilo minus concubinariis, ut intra mensem domus suas purgent concubinis, sub excommunicationis latae sententiae poena.

eorum ad meliorem mentem vitaeque emendationem vere revocari potuisse, nisi prius ad veram erga Deum pietatem rediret. Sed proh dolor! ex ecclesiae catholicae placitis omnia peccata pecunia lui poterant. Eo tandem amentiae et vecordiae in perniciosissima ista peccatorum nundinatione processerant, ut adeo indulgentias pro mortuis acquiri posse publice praedicari juberent. Papae in bullis, quibus indulgentias nefaria fraude populis annunciarunt, non solum iis, qui post peccatorum confessionem vera poenitentia contriti ad meliorem frugem se converterint, poenas peccatis alioquin debitas remiserunt, verum etiam de animis in purgatorio versantibus ita statuerunt, quasi ex ipsorum arbitrio penderet, an salutis aeternae animae fierent participes necne.*)

Sic quoque Hamburgi pleraeque missae pro mortuis fiebant, etiam iis, qui jam ante aliquot saecula diem supremum obierant. Ex quo singulae ecclesiae seu basilicae papali auctoritate eligebantur, quibus ex potestatis Apostolicae plenitudine, ut ipsis paparum verbis utar, plenissima indulgentia, id est, plenaria poenarum relaxatio tribueretur.**) Fuit idem Cardinalis legatus Raymundus, qui ex publico instrumento plures ecclesias hac indulgentia plenissima pro animabus redimendis de purgatorio papae benevolentia exornatas significasse traditur. Ipse quidem, quae erat ejus eximia et praecipua dignitas, indulgentiarum nundinationem non fecit, sed pecuniam a populo sua quidem auctoritate per quaestores exegit.***)

---

*) Eus. Amort De origine, progressu, valore ac fructu indulgentiarum. Aug. Vind. 1735. P. I. p. 96 sq. 209 sq.

**) Jo. de Paltz in Coelifodina, ibid. p. 283.

***) Krantzii Wandal. lib. XIV, c. 31. Quotidianae tamen erant aliis quoque in ecclesia horis ad populum exhortationes per quaestores. — De quorum avaritia, luxuria et nimia pecuniae profusione Raymundus graviter queritur, cf. Bernardi Wittii Historia

Sed omnium maxime, qui eo tempore indulgentias istas plenarias pro vivis et defunctis omniumque peccatorum et poenarum remissionem illis concessam studiose atque enixe venditarent, nuncupandus est Joannes Angelus Arcimboldus, Commissarius apostolicus, qui indulgentiarum efficaciam diserte commendavit,*) quo ingens plebis multitudo ad eas vendendas incitaretur. Advenerat Arcimboldus in itinere per Germaniam facto, ut ex gratiarum largitione indulgentiis vendendis pecuniam ad ecclesiam Sancti Petri Romae exaedificandam congereret,**) anno millesimo quingentesimo decimo sexto Hamburgum, ubi indulgentiarum nundinationem, postquam Lubecae innumerabilem auri argentique vim exegerat et collegerat,***) publice instituit. Sed priusquam urbis nostrae pomoerium ingressus est, rumor gliscere coepit, ex pecuniis indulgentiarum, quae per hanc Germaniae partem offerebantur, Magdalenae Leonis papae sorori†) et Cibonis principis uxori parari luculenta dona, quibus papa dilectissimae sororis reditus augeret, rerumque ejus angustiis succurreret.††) Neque tamen defuerunt, qui non solum omnium peccatorum indulgen-

---

Westphaliae, p. 610: in pluribus dioecesibus, ubi non fuimus in propria, nihil penitus de tertia parte remansit propter eorum excessivas expensas atque immoderatos usus.

*) Cf. Kappens Nachlese einiger zur Erläuterung der Reformationsgeschichte nützlicher Urkunden. Vol. III. p. 179 sqq. Myconii histor. reform. ed. E. S. Cyprianus. p. 14.

**) Bernardi Wittii Historia Westphaliae ad annum 1516. p. 653.

***) Löscher, Reformationsacta Vol. I. p. 375. Marheineke, Geschichte der teutschen Reformation. Vol. I. p. 53.

†) Guicciardini Historia d'Italia l. XIII. c. 20 (ed. Venet. 1592) p. 395 b. il Pontifice (Leone) il quale per facilita della natura sua essercitava in molte cose con poca maesta l'ufficio pontefìcale, dono a Maddalena sua sorella l'emolumento e l'essatione delle indulgenze di molte parti di Germania. — Tentzel, historischer Bericht vom Anfang und Fortgang der Reformation. p. 102 sq.

††) Aliud exemplum muneris, quod papa ex pecuniis ecclesiasticis fratris sui filio tum obtulit, inspicias ap. Molini documenti storici. Vol. I. p. 71.

tiam plenariam et remissionem sibi injungi, verum etiam impetrare vellent, ut cibis quibusdam frui sibi liceret.*)

Arcimboldus quo facilius, quod sibi proposuerat, Hamburgi consequeretur, Henricum Bantschow, Canonicum et Scholasticum Hamburgensem primum Acoluthum papalem atque postea papae Protonotarium delegit,**) ut sua auctoritate et favore, quo tum apud Hamburgenses polluit, indulgentiarum nundinationem, omnibus, qui de rebus divinis prudenter sentirent, ob foedam superstitionem invisam, sublevaret. Quam quidem rem ad felicem exitum perduxit. Nam plebis Hamburgensis pars longe maxima quum in summis ignoran-

*) Ablassbrief (1517. Cal. Mart.) für Arnold van Vinterpen und dessen Familie in Hamburg, von dem zur Verkündigung des Ablasses in dem nördlichen Deutschland bevollmächtigten päpstlichen Haupt-Commissair Joh. Angelus Arcimbold, mit beigefügten Marginalien. Aus einem auf Pergament gedruckten Original in libro: Sammlung von bisher ungedruckten Beweis- und Erläuterungsschriften zur Hamburgischen Geschichte, von G. Schütze. p. 16 sq." Et insuper ut liceat vobis quam diu vixeritis una cum hospitibus et familia vestra pro tempore existente. quadragesimalibus usque ad dominicam Palmarum inclusiue. et aliis diebus quibus lacticiniorum usus est prohibitus (cum ut accepimus in partibus vestris oleum olivarum non crescat) butyro loco olei et casco absque alicujus licentia. et cum consensu utriusque medici tempore infirmitatis inseptimana sancta lacticiniis hujusmodi. ac etiam tunc ac quocunque tempore prohibito. ovis et carnibus vesci pariter indulgemus." — Alia harum indulgentiarum specimina vd. ap. Seidel, historia D. M. Lutheri p. 14; Von der Hardt, Historia reformationis literaria. Vol. IV. p. 4. et Chr. Ziegra, Sammlung von Urkunden, als eine Grundlage zur Hamburgischen Kirchenhistorie neuerer Zeiten. Vol. III, p. 3 sqq. Communicavit mecum O. C. Gaedechens, vir honoratissimus rerumque Hamburgensium apprime gnarus indulgentiarum exemplum, quas Raymundus Cardinalis feminae cuidam, cui nomen erat Elsabe Borchers, anno 1502 concesserat. Asservatur autographum in archivo societatis ad historiam Hamburgensem illustrandam nuperrime institutae.

**) Cf. Jo. Angeli Arcimboldi literae, quibus Henricum Bantschow Canonicum et Scholasticum Hamburgensem in Acoluthum Papae recipit. Hamburgi an. 1516. Cal. Septemb. ap. Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte. Vol. II. P. I. p. 283—285.

tiae tenebris versaretur, a vera pietate et cultu ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ remotissima, hanc opportunitatem peccata sua quasi infecta reddendi sibi oblatam cupidissime arripuit. Neque a vero abhorrere videtur, quod traditur, ingentes pecuniae summas Hamburgi quoque ab Arcimboldo esse collatas.

At sufficiant haec ad miserrimam ecclesiae Hamburgensis faciem adumbrandam, ne operam perdam, si ad probandam rem ex universa totius ecclesiae conditione exortam ideoque satis cognitam plura afferre et in singulis diutius immorari vellem. Apparet, querelas bonorum usque ad sacrorum emendatorum tempora in urbe nostra non tam adversus errores in fide seu dogmatibus quam adversus morum corruptelam, Pontificiorum avaritiam ac dominandi cupiditatem, omnemque disciplinae ecclesiasticae interitum esse directas. Accedit, quod Capitulum Cathedrale, quum adversarias partes contra Senatum Populumque Hamburgensem semper sustineret, in novis scholis condendis eorumque praeceptoribus vocandis intolerabilem dominatum sibi vindicavit, quo praecipitem papalis dominationis lapsum acceleraret.

Fuit ille Henricus Bantschow, Scholasticus Hamburgensis et Praepositus Megapolitanus, qui, quum Cives et paroeciae Sancti Petri jurati novae scholae ejusque tertiae in urbe nostra condendae consilium cepissent, minime ad scholas augendas et emendendas paratus, eorum opinionibus tam pertinaciter obstitit, ut ob ejus reclamationem tollendam vel nullo interveniente papae vel archiepiscopi Magdeburgensis consensum sibi parare cogerentur.*) Quo factum est, ut

*) Cf. Clarissimi Lappenbergii, qui de ecclesiae et rei publicae Hamburgensis historia docte et subtiliter, ut solet, exposuit, Programm der dritten Secularfeyer der bürgerschaftlichen Verfassung Hamburgs am 29. Septbr. 1828. p. 26.

quatuor paroeciarum praesides, assumtis civibus aliis et opificiorum magistris, Calendis Septembribus 1522 pactum illud notissimum et celeberrimum*) ad Capituli arrogantiam propulsandam et ad rem publicam ab injuriis sibi illatis vindicandam conficerent, quo conjunctim ecclesiarum scholarumque res ex omnium virium contentione, mutuo labore et sumtu communi apud magistratus civiles et ecclesiasticos promoverent. Pactum illud ex foedere icto id quoque propositum habuit, ut cives doctrinae evangelicae praeceptoribus vocandis ecclesiae saluti prospicerent et consulerent, eorumque vocationem studiose adjuvarent. At ne rerum gestarum ordinem perturbare ac narrationi nostrae quidquam quasi praeripere videamur, ad prima eaque parva tanti ac tam praeclari operis ecclesiae reformandae initia perscrutanda et adumbranda nos convertamus.

Est haec propria et perennis evangelii indoles et natura, quod, etiamsi aliquamdiu divina ejus veritas in sacrae scripturae libris tradita et revelata vanis opinionum commentis humanaeque doctrinae erroribus obruta erat, vis divinis placitis insita hominum animos novo ardore perculit, atque ad veri perscrutandi studium amplectendum et ad divinae doctrinae integritatem restituendam excitavit. Prodiit tum in Saxonia Lutherus noster, intrepidus ille veritatis evangelicae propugnator, qui nondum sacrarum scripturarum cognitione omnibus suis numeris et partibus expleta, quam postea sibi paravit, exornatus indulgentiarum tantum exsecrabilem abusum impugnavit,**) Papae indulgentias non per se esse existimandas, sed

*) Ex dialecto Sax. infer. pactum illud in dialectum Sax. super. versum legitur ap. Jo. Frid. Mayerum, Evangelisches Hamburg, p. 281 sqq. et ap. Langermann, Münz- und Medaillen-Vergnügen p. 174 Ex MS. in rei publicae nostrae tabulario asservato denuo recognovit et textum adfidem primi exempli exhibuit Lappenberg l. l. Urkunde, Litt. B.

**) Lutheri epist. ad Joannem Staupitzium d. 30. Maj. 1518 ap. de Wette I, 118.

quatenus iis divina gratia significetur,*) quae non nisi poenitentia vere contritis singulari Dei beneficio tribui possit, quum justitiae divinae consentaneum sit, neminem in coelum pervenire, qui ulla ex parte pollutus ac contaminatus neque poenitentia et fide purgatus et justificatus sit. Lutherus non promtus ingenio tantum, sed doctrinae et eloquentiae donis instructus imprimisque verbo evangelii divino subnixus per totam Germaniam multorum animos salutiferi evangelii luce illustravit et subito, unde minime quis credere posset, papalem dominatum vehementer concussit.

Nuntius de nonaginta thesibus, quas Lutherus die XXXI m. Octobr. 1517 in porta aedis Cathedralis Vitebergae proposuerat,**) brevissimo tempore totam Germaniam pervasit, ac viro forti, qui optimam causam adversus intolerabilem ecclesiae corruptelam susceperat, fere quisque magno consensu applausit. Perlatus est nuntius Hamburgum et hic quoque Lutheri patronos et vindices invenit, sed quamvis ecclesiae reformandae et emendandae studium Hamburgensium animos impleret, tamen viri, qui papalem dominationem per tot saeculorum seriem stabilitam ac firmatam cognoverant, de eo bene sperare non ausi sunt. Quibus adnumerandus est celeberrimus noster Albertus Krantzius, SS. Theol. Doctor, Canonicus Hamburgensis ac Lector, qui, quum paucis ante obitum diebus, (decessit autem e vita die VII Decembr.) nuntius earum rerum, quas aggressus erat Lutherus, ei allatus esset, exclamasse dicitur: O frater! abi in cellam tuam, et dic: Miserere mei Deus! ***) Sane multo plus est in his

---

*) Ranke, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation, Vol. I, p. 314 sq.

**) Lutheri Opp. ed. Walch. XVIII, p. 254. Herm. von der Hardt, Historia liter. reformationis P. IV. p. 16.

***) Caspar Sagittarius, Ausführliche Fortsetzung der Lambecischen Geschichte von Hamburg ap. Schütze, Sammlung von bisher ungedruckten Beweiss- und Erläuterungsschriften zur Hamburgischen Geschichte, p. 171. Leben Alb. Crantzii. Hamb. 1721. p. 51.

verbis sincere et simpliciter prolatis momenti, quam plerique fortasse suspicentur. Nam quamquam Krantzius noster rei susceptae magnitudinem cum viribus Lutheri propter summam et inveteratam apud omnes papalis dignitatis auctoritatem sollicite et anxie comparat, eumque inconsulto quodam agendi studio abripi atque rem arduam et difficilem fore irritam affirmat, tamen inde intelligi potest, quae ejus de sacris ecclesiae emendandis opinio fuerit, quantamque vim in omnium animos divinae veritatis patrocinium a Luthero fortiter susceptum exercuerit.

Nihilominus Hamburgi, ubi clerici magna quidem ex parte, torporem ac desidiam amplexi, vitam luxu atque inertia transigebant, serius demum veritatis evangelicae propugnatores excitati sunt. Praeterlapsi sunt fere quatuor anni, priusquam civium animi, puriore doctrina intra urbis pomoerium audacter libereque nunciata, evangelii luce collustrarentur. Quam densa fuerit usque ad hoc tempus et opaca nox, quae omnem prope disciplinarum literarumque lucem exstinxerat, sanumque judicium et liberum represserat et arcuerat, annales nostri eo ipso anno exemplum afferunt tristissimum.*)

Tum primum veritatis divinae fax Vitebergae accensa radiis suis urbem nostram illustravit, ut libertas evangelica denuo exorta ei quoque contingeret. Primus omnium, qui evangelium praedicarunt, prodiit in arenam atque ecclesiae evangelicae Hamburgensis constituendae semina sparsit Ordo Stemmelius ad aedem D. Catharinae

---

*) Thraciger ad ann. 1521. Ess wurd auch dieses Jahres einer zu Hamburg verbrennet, der nennet sich D. Viet, hatte hin und wieder seltzame Ebentheure auffgerichtet, und sich eine Zeitlang für eine Bademumc aussgegeben, und bey den Frauens in Kindes Nöthen sich gebrauchen lassen; ap. Westphalen, monumenta inedita rerum Germanicarum etc. Vol. II. p. 1393.

Pastor,*) nulla alia re ad causam evangelii suscipiendam commotus nisi quod sacra scriptura lectitanda et perscrutanda multos eosque ecclesiae catholicae gravissimos errores cognoverat, atque ipsam scripturam sacram solum doctrinae fontem et divinam gratiam justificationis nostrae per solam fidem unicam esse causam intellexerat. Ac quum ita placitorum ex scriptura sacra haustorum patrocinium ageret, firmiorem persuasionem in dies magis magisque sibi paravit. Interea nostrates maxima ex parte in antiqua errorum perversitate perseverarunt, neque ecclesiae emendandae consilium ceperunt. Itaque ne subita res civium animos perturbaret, Stemmelius alloquendos adhortandosque sibi cives ratus, in concionibus habendis depravatam ecclesiae externam conditionem, ritus et caerimonias superstitiosas, quae adhuc in urbe nostra valebant et a Pontificiis studiosissime retinebantur, impugnavit.**) Sane non leve negotium sibi suscipiendum putaverat,

---

*) Dav. Chytraeus in Saxonia (Lips. 1611) p. 249 eum Ordonem Stiefelium nominat, Kempius, warhaffter Bericht von 1521—1540 Stievelium, Thraciger Stievelen, sed quum Ritzenbergius in epitaphio viri eum Ordonem Stemmelium nominet, plurimique hunc scriptorem doctissimum Stemmelii aetatem proximum sequantur, hanc nominis formam anteponendam esse arbitror. De variis hujus nominis formis disputavit Jo. Richey in memoria saeculari instauratorum divino beneficio ante ducentos annos in hac urbe sacrorum evangelicorum oratione publica a. 1728 celebrata cum notis Mich. Richey in Jo. Alb. Fabricii Memor. Hamburg. Vol. VI, p. 40.

**) Respicitur in tota nostra adumbratione tanquam fons primarius Steffan Kempe, Warhafftiger Bericht, wo der Papen Messe, Predige, und andere Kercken Gepränge, alhier tho Hamburgk geandert und de jegenwardige Predige, Messe und Ceremonien upgekamen vnd angenamen, weder de unwarhafftige vnd velschlike beklaginge der Papeschop, um dat se mit Külen und Speten sindt averwunnen, cf. Staphorst l. l. Vol. I. p. 39 sqq., ubi etiam cetera scripta, quibus fontium auctoritas adscribenda est, sunt collecta. Ea autem, quae, nondum typis expressa, nova esse videntur, a nobis proferentur. Cf. etiam Jo. Frid. Mayer, evangelisches Hamburg. Hamburg, 1694. Das evangelische Hamburg oder kurzgefasster historischer Bericht, wie es zuerst mit der Reformation in der Stadt Hamburg ergangen etc. Hamburg, 1717. Sammlung einiger

quum militis christiani vitam militarem huic pacatae et umbratili clericorum Hamburgensium conditioni anteponendam censuisset. Exstiterunt enim acerrimi purioris doctrinae adversarii, qui fortem hunc veritatis praeconem opprimere, omnesque controversias de fide ac disciplina ecclesiastica Hamburgi quoque succrescentes avertere et intercludere studerent. Si igitur Stemmelius, tum solus evangelii propugnator, adversariorum insolentia et prava voluntate fractus et ob ingravescentis senectutis aerumnas a rebus gerendis avocatus, docendi munus ecclesiasticum deposuit, neque sacrorum emendationem ad felicem exitum perduxit, tamen animo integer veritatem evangelicam ad summam usque senectutem constanter amplexus est,*) ut non modo viri fortis virtutem non detrectare, verum etiam justam primo evangelii in urbe nostra praedicatori debitam gloriam tribuere debeamus.**)

Nihilominus autem, docendi munere a Stemmelio deposito, veritatis divinae vis atque Romanae ecclesiae ipsiusque dominationis

---

evangelischen und päbstischen Geschicht-Schreiber, welche die Hamburgische Reformation in Nieder-Sächsischer Sprache zu der Zeit beschrieben. Frankf. et Leipz. 1728. 12.

*) Ritzenberg in epithaphiis virorum meritis in ecclesiam et rem publicam Hamburgensem clarorum. Rostoch. 1555 et Fabricius Memor. Hamb. Vol. I. p. 97.“

„Stemmelius jacet hoc sub marmore conditus Ordo
Hac qui Christigenum pavit in urbe gregem,
Primus et hac contra Papam fuit ausus in urbe
Dogmata cum Stephano vera sonare Dei
Ergo clara sacri redeuntis in aethere coetus
Pars erit et veluti lucida stella poli.

**) Hermanni Hamelmanni Opp. genealogico historica de Westphalia et Saxonia inferiori p. 944.“ ut, dum deficeret viribus et molestaretur a Pontificiis, cogeretur desistere M. Ordo, qui tamen usque in annum 1528 vixit senex et debilis.

papalis taedium civium animos insedit, eosque eo adduxit, ut, quo libertatem in rebus scholasticis constituendis et ordinandis sibi servarent, omnemque vim ingeniis inferendam propulsarent atque evangelii praedicationem sustentarent, concordes consociatique pactum illud supra laudatum conficerent. De nova doctrina inde magna contentione agitur, ac magis magisque audientium animi permoventur et perfringuntur. Magna igitur vis hominum ad puriorem evangelii doctrinam sese convertit. Nec jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur vel certe impugnabantur ecclesiae Romanae ritus, sed in publico etiam ac quasi in foro civium multitudo erat, nec sacra venerantium, nec precantium vetusto more. Inter cives, qui sacris ecclesiae emendandis vel maxime inserviebant nominandus est Joachimus Nigel,*) Dirck Ostorp atque prae ceteris Detlev Schuldorp, qui jam anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo monachum ordinis Minoritarum Joannem Wydenbrügge, priusquam reliqui cives Lutheri placitis se adjunxissent, hospitio excepit.**) Cujus doctrinae propagandae studio et ardore commotus Schuldorpius disputationem inter virum hunc egregium, intrepidum scripturae sacrae interpretem et fortissimum doctrinae evangelicae praedicatorem, atque inter acerrimos et acerbissimos Pontificiorum propugnatores instituit, in qua Wydenbrügge coram omnibus fidei evangelicae rationem libere redderet.***)

---

*) Ritzenberg l. l.

Lux ubi salvificae doctrinae clara reluxit
Arripuit Christi dogmata pura fide,
Supremumque diem clausit pietate fideli
Lucis et aeternae gaudia salvus habet.

**) Ibid.

Primus enim Christi verbi Doctoribus almi
Praebuit hospitium praesidiumque suum.

***) In Chronico MS. (inde ab ann. 800 — 1542) in tabulario rei publicae Hamburgensis asservato exstant plurima atque dignissima quae in lucem proferantur. Ex iis de Schuldorpio et Kempio

Quo modo identidem etiam in disputatione a monachis nigris instituta, in qua clerici omnes qui aderant adversarias partes contra eum sustinuerunt, argumentis satis firmis et ex sacra scriptura petitis dogmata quae proposuerat probavit, ita ut monachi nigri nihil detrimenti ei inferre, nedum eum superare possent.

Atque etiam aliis ex causis merito colligere possumus, iis placitis, quae sacrorum emendatorum auctores proposuerant ac vera esse et certa ex verbo Dei evicerant, a civibus Hamburgensibus jam aditum esse patefactum. Ubique in Germania inferiore imprimisque in nostris regionibus eo tempore sacrorum reformatio incrementa cepit. Crevit nimirum in dies magna vis eorum, qui salutiferum Christi evangelium summa cum voluptate exosculati et amplexi sunt. Apparet hoc cla-

---

jam cl. Lappenbergius quaedam excerpsit et communicavit, alia in hac enarratione suo loco accurate a me perscribentur. „Darna is hir tho Hamborg gekamen ein witte Mönnich mit Nahmen Herr Johann Wydenbrügge. De isz mit Detloff Schuldorp ind Husz gewesen (wente Detloff Schuldorp vnd Dyrich Ostorp, ein Goldschmied, hadden de Lehre des Evangliy angenahmen, da noch nen Borger sich dartho hegeuen hadde) vnd de schlogen de Papen, alsze mit Nahmen Doctor Engelin vnd Doctor Kiszenbrügge, ein disputatio gegen düszen witten Mönnich vp; wente düsze witte Mönnich, wowohl he nicht prediken moste, so ging he doch, darmen en hebben wolde vnd belehrde de Lüde vth götlicher Schrifft.) In der Disputation kam düsze Mönnich vnd gaff siner Lehre Bescheid. Alle de nu in düszer Disputation weren, Papen vnd schwarte Mönnichen, de weren alle düszem Wittemönch entgegen. Nu wolde düsze Disputatio allein nicht helpen, sondern kort darna schlan de schwarten Mönniken ock eine Disputatio vp und aldar kömpt düsze witte Mönneke ock vnd gifft auermals sines Gelobens vnd Lehre Bescheid, dar konden se ehm ock nicht affhebben, wente he stund feste vp dat syn, doch dat de schwarte Mönnike ein Ansehend möchte hebben, dat se ehm affgewunnen hadden, so heve ein Doctor von den schwarten Mönniken vp und secht in Düdisch also: Ein Dor kan mehr Nein seggen, wen alle Doctorn Ja. Mit duszer Probacie dar proberde vnd confirmerde vnd concluderde he, dat de schwarten Monnichen weren Doctorn vnd ere Dinge weren recht, vnd de witte Mönnich were ein Dor vnd sin Ding wer vnrecht. De schwarte Mönnich concluderde hirmit de Disputatio, dat darna de Lüde siner wat tho lachende hadden.

rissime ex epistola Lutheri anno 1522 ad doctorem Wenceslaum Linkium scripta, in qua Hamburgensibus animos ad evangelium adamandum propensissimos tribuit.*) Etenim hoc anno Officiali, quem vocabant, Archiepiscopi Bremensis, quum ecclesiae evangelicae instaurandae obsisteret, expulso, nonnulli Hamburgenses evangelii ministros Viteberga petierant.**) Cujus rei autem luculentissimum documentum exstat in eo, quod jam anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio Novum Testamentum ex egregia Lutheri interpretatione in dialectum Saxoniae inferioris versum, sicut etiam de pluribus Lutheri scriptis hoc dici potest, in urbe nostra typis expressum est.***)

---

*) Lutheri epist. ad. Wenceslaum Linkium ap. de Wette I, p. 256.

**) Lud. a Seckendorf, Commentarius historicus et apologeticus de Lutheranismo sive de reformatione religionis etc. (Francof. et Lips. 1692.) p. 240.

***) Nisi Deus optimus viros linguarum donis instructos imprimisque dialectorum Saxonicarum peritissimos excitasset, qui susceptam a Luthero sacrae scripturae interpretationem in dialectum Saxoniae inferioris transtulissent, ingenti plebis multitudini in Germania septentrionali laetabilis evangelii lux nondum esset oborta. Cujus versionis editio Hamburgi anno 1523 emissa: „Dat Nyge Testament tho düde, tho Hamborg. Int Jaar 1523 „satis superque demonstrat, Hamburgenses, sicut omnes Saxoniae inferioris incolas, divini verbi lectitandi et perscrutandi studio esse incensos, quum editio haec jam eo tempore in lucem prodiret. Goeze quidem, qui in additamento libri „Vertheidigung der complutensischen Bibel etc.“ de hac editione primus disseruerat, postea ex typorum hujus editionis formis probare studuit, Novum hoc Testamentum in Batavorum terra in lucem prodiisse (cf. ejus Versuch einer Historie der gedruckten Niedersächsischen Bibeln vom Jahr 1470 bis 1621. Halle 1775 p. 167 sq.), sed, si ipsa haec argumentatio firmior esset, tamen quum haec editio in usum non Batavorum, sed Saxoniae inferioris comparata esset, illud omnino sequeretur, Hamburgi imprimis hanc editionem esse divulgatam. Ceterum non praetereundum esse arbitror, ex multis rationibus et prae ceteris ex eo, quod locus ille celeberrimus 1 Jo. 5, 7 in hac editione legitur, posse evinci, Bugenhagium hujus editionis in lucem emittendae minime fuisse socium.

At Deus optimus post Ordonis Stemmelii ex arena discessum ecclesiae Christi militanti novos veritatis evangelicae praecones excitavit, ut tanto certius atque exploratius haberetur, divinam esse providentiam, quae homines imbecilles peccatorum vinculis et compedibus impeditos, veritati reluctantes sua benignitate et sapientia bonis coelestibus allevet. Advenerat anno millesimo quingentesimo vicesimo tertio Rostochio, ubi Joachimus Sluterus doctrinae evangelicae semina jam antea sparserat, Hamburgum Steffan Kempe,*) monachus Franciscanus, animi ingeniique dotibus exornatus ac verbi divini amore incensus.**) Is in coenobio Mariae Magdalenae verbum Dei purum civibus in concionibus aliquoties habitis facunde proposuit, neque solum corruptae ecclesiae abusus et errores libere impugnavit, sed ad peculiarem reformationis naturam amplectendam processit, quippe qui ex verbo divino tanquam unico et primario fonte dogmata et placita, quae praedicavit, hauriret, atque Jesum Christum solum salutis humanae auctorem proponeret. Nostrates ecclesiae corruptionem fastidientes et verbi divini in patria

---

*) Johann Moller, Nachricht von der Religions-Veränderung in Hamburg ap. Staphorst P. II. Vol. I, p. 70 sqq. eum Steffan van Kempen nominat, unde urbem Kempen ejus patriam esse quidam quamquam sine argumento satis firmo conjecerunt, cf. Cimbr. Liter. I. p. 291. Fabricius Memor. Hamb. Vol. II. p. 876, quum non solum ab aequalibus, verum etiam a viro ipso nomen Kempe perscribatur. cf. Richey l. l. p. 43 sqq.

**) Chronicon illud MS. supra laudatum „Ao. 1523 hoff hir tho Hamborg an Herr Steffen Kempe, ein grav Mönnike in dem Kloster Ste. M. Magdalenen tho Predigen dat word Gades lutter vnd reine vnd krech darna ind Jahr 25 Segenhagen tho Ste. Nicolaus Pastor tho hülpe, do was ein schwart Mönnich mit Nahmen Augustinus tho Ste. Johannis de sülvige wolde dem vnwürdigen Capittel hirinne nicht entgegen dohn, sondern dreyede den Küsel, also dat he der Papen pracht und tyrannie fin konde vorbidden vnd denne noch wolde he den nahmen hebben, dat he dat Evangelium Christi predigede, auerst he quam weg vnd Herr Steffen ward ind Jahr 27 vp Michaeli Pastor tho Ste. Catharinen.

urbe penuriam aegre ferentes, quum gravissimorum malorum, quibus Hamburgensis quoque ecclesia laborabat, medela jam diu iis exoptata fuisset, concionibus a Kempio habitis frequentes affuerunt, hanc verbi divini audiendi opportunitatem avidissime amplexi.

Atque Kempius brevi tempore interjecto, etsi docendi muneri Hamburgi lubentissime incubuisset, Rostochium ex jussu praefecti ordinis Minoritarum sibi redeundum esse putavit. Rumor rem ad civium aures pertulit. Statim die festo corporis Christi circiter sexaginta cives in coenobio Sct. Mariae Magdalenae se congregarunt, ut coenobii curatorem precibus ardentissimis etiam atque etiam obsecrarent, ne Kempium dimitteret,*) eumque in concionibus habendis sicut antea sacram scripturam interpretari sineret. Ille precibus eorum nullum

*) Ibid. Darna Ao. 1523 is Herr Steffen Kemp van Rostock tho Hamborg gekamen, vmmetrent Paschen vnd hefft tho Ste. Mar. Magdalenen Kercken geprediget, wente he was dar in de Kappen gesteken in sinen vnmündigen Jahren, vom Paschen beth tho Corporis Christi Dage vnd was vngesumet, dat he den Friedag na Christi Dage wolde wedder na Rostock reysen. Dat kriegen de Borger tho wehten, dat he wedder weg wolde vnd kamen thohope gahn in Ste. Mar. Magdalenen Kloster int alle byna tho 60 Borgeren in des hilligen Lichambs Dage vnd seggen dar dem Gardian des Klosters an, dat he nicht scholde den Mann Stephanum Kemp wedder na Rostock senden, sondern he scholde ehn dar lathen vnd vordan predigen, wo he angehauen hadde. Darup de Gardian geantwordet, he hadde dar nene Macht auer, sondern ehr Pater de Minister hadde ehn befahlen, he scholde kort na den Pfingsten wedder tho Rostock kamen vnd dem Patri Ministro moste he gehorsam wesen. Darvp de Borgers geantwerdet, de Pater Minister will juw Kloster nicht vpholden, sondern gy plegen mit juwen Secken, wen gy Fleisch vnd Mold bidden, tho vnsz tho kamen, vnd wy sin de genne de juw möthen föden, darumb seggen wy idt juw in Ernste, so gy vnsz den Mann lathen, so schölen juw Secke voll wedder ind Kloster kamen. Na langen Reden, de dene fellen, is Herr Steffen Kempe hir gebleuen vnd de Lehre des hilligen Evangely geprediget. Darumb he tho vele Mahlen Vnwillen van den Oversten der Papen hefft lieden möhten, dar tho ock van dem Patre Ministro etc. Quae porro in hoc Chronico M S. de his rebus gestis leguntur, ea etiam a Kempio in libro Warhafftiger Bericht etc. perscripta ac satis nota a nobis omittuntur.

locum reliquit, certissime affirmans, Kempii esse non quid ipse velit, sed quid lex cogat, ut Rostochium, cui prima ejus officia debeantur, post festum Pentecostes revertat. At cives precibus suis promissa addunt, se in posterum, si Kempius ad sanctam evangelii doctrinam illustrandam Hamburgi remaneat, coenobii res largiter et prolixe esse curaturos. Neque minus amicorum multitudo omni, qua poterant, ratione meliora ipsum edocere conabatur. Cessit tandem Kempius precibus eorum, Rostochium redeundi consilium mutavit, atque in urbe nostra sedem fixit, in qua magno cum civium concursu atque applausu doctrinae evangelicae placita libere praedicaret, ut summam omnium Pontificiorum indignationem atque iracundiam in se converteret.

Ii enim quum tanta civium multitudo ad Kempii orationes sacras audiendas conflueret, vel maxime veriti, ne nova doctrina suis vectigalibus et reditibus damnum inferret et ipsorum auctoritatem funditus labefactaret, ideoque de strenuo evangelii praecone vehementissime exacerbati, ex omnibus suggestibus sacris hominem esse haereticum, Dei verbo, spiritui sancto et sanctae ecclesiae christianae obloquentem denotant,*) atque infimae plebis prensatione vehementiores animorum perturbationes incitare student. Vocant eum hominem ferum, turbarum et seditionum stimulatorem novarumque

*) Ex Pontificiis adversarias partes imprimis sustinuerunt Kempio teste Lector Joannes Engelinus, Canonicus, Doctor Henningius Kissenbrügge, Doctor Henricus Wendt, Augustinus van Getelen, Henricus Rensburg, M. Fredericus Henninges, M. Matthaeus under der Klufft, M. Henricus Schröder. De tribus posterioribus, qui ad aedem Cathedralem sacra administrabant, fusius disputavit Staphorst, l. l. P. II. Vol. I, p. 5. — M. Fredericus Henninges postea Hamburgo discedere coactus, Luneburgi anno 1530 spiritu sancto duce ecclesiae evangelicae sese addixit, atque coenam Domini sub utraque specie porrexit. Augustinus van Getelen etiam Luneburgo, quum evangelii doctrinam suscipere nollet, discedere jussus est. Cf. Hamelmanni hist. renati evangelii in ducatu Luneburgensi, p. 901.

rerum avidissimum, atque falsa criminatione usi Kempii nomen ad Amplissimum Senatum deferunt. At vano conatu id aggressi sunt. Tum autem Kempius, qui summa animi moderatione in singulis placitis prudentia quadam singulari adhuc usus erat, nullam Pontificiorum, qui evangelii doctrinam crebris opprobriis et conviciis ubique persequerentur, rationem sibi in posterum esse servandam existimavit. Fortiter ac intrepide, sancta et stabili verbi divini auctoritate subnixus, omnibus adversariis solus obstitit,*) donec Deus optimus, renascente tunc post tot saeculorum scholasticas tenebras magis magisque veritatis evangelicae luce, ecclesiae instaurandae et stabiliendae socios ei adjungeret.

Atque si Kempii dogmata paullo accuratius respicimus, hoc unum fundamentum, in quo universa ecclesia evangelica inde a primordiis suis subnixa sit, ab eo esse cognitum et intellectum invenimus, ut ex scriptura sacra reficiendis instaurandisque omnium animis accommodatissima omnia placita, quaecunque ad salutem animorum pertinerent, hauriret. Proposuit etiam et hominum animis inculcavit primarium illud placitum, unde enata est ecclesia evangelica et adhuc enascitur, Jesum Christum esse solum salutis humànae auctorem, patris amore hunc in mundum missum, ut genus humanum peccatis maculatum eorumque conscientia et mortis metu turbatum servaret, eique novam et regeneratam vitam salutemque aeternam benigne restitueret. Id quoque persuasum habuit, fundamentum aliud praeter id, quod positum est, Jesum Christum, jacere nemini licere,**) ex quo, si qui homines vi divina dogmati huic insita aurea et argentea opera ei superstruxerint, ad illam virilis aetatis maturitatem

*) Chytraei Saxonia, p. 250.

**) 1 Cor. 3, 11. 12.

ab apostolo egregie adumbratam perveniamus.*) Itaque merito dici potest, a Kempio in urbe nostra non solum ecclesiae evangelicae semina esse sparsa, verum etiam firma ejus fundamenta esse jacta, ut propria quaedam eaque non mediocris laus praeter reliquos, quos divina providentia sacris ecclesiae Hamburgensis instaurandis excitavit, viros ei sit tribuenda.

Jam eo tempore Joachimus Fischbeckius ex Ditmarsorum natione oriundus, ad aedem D. Catharinae Pastor,**) quippe qui in Ordonis Stemmelii locum erat suffectus, veram de evangelii doctrina judicandi rationem invenisse sibi visus, in orationibus sacris perversam et falsam Pontificiorum doctrinam refellere coepit, veritatis evangelicae propagandae studio accensus. Neque tamen vir quo erat animo ancipiti et incerto in sacrae scripturae placitis explanandis perrexit, sed Capituli Cathedralis largitione corruptus eo adductus est, ut, libertate et fortitudine in evangelio praedicando paullatim temperata, ad Pon-

*) Perscrutanti mihi et indaganti, an fortasse plura Kempii scripta adhuc aliquo loco exstiterint, unde quaedam ad Kempii theologiam accuratius perspiciendam (vd. infra) erui ac divulgari possent, in Ven. Staphorstii manuscripto anecdoto ex archivo publico mihi tradito ad annum 1540, quo Kempius obiit, notitia sese obtulit, Kempium nostrum commentarium in Matthaeum inde a capite undecimo conscripsisse, qui in bibliotheca aedis Sanctae Catharinae (III. Vol. N. 127. 128. 129.) asservetur. Qua re comperta, laetissime sperans, fore, ut commentarium illum anecdotum, sane dignissimum qui exploraretur, inspicere atque in usum meum vertere possem, eum ex hac bibliotheca mihi comparare conatus sum. At catalogo bibliothecae inspecto et examinato manuscriptum hoc pretiosissimum non amplius adesse, idque jam dudum, quis Civium non miretur, evanuisse certior factus sum.

**) Johann Mollers Nachricht von der Religions-Veränderung in Hamburg; ap. Staphorst. Hamburg. Kirchengesch. P. II. Vol. I. p. 75. „Herr Johann Vischbecke, vth Dithmarsen gebördig, de was Wahndages Kark - Here to Sunte Cathrinen, in was Stede kam Herr Steffan Kempe de verlopne Mönnike vth dem Kloster to Sunte Marien Magdalenen binnen Hamborg.“ Jo. Mollerus, studiosissimus Pontificiorum assecla, Fischbeckium Lutheranorum placita aliquamdiu esse amplexum omnino non commemorat.

tificiorum consortium pelliceretur. Post impugnatam ab eo Pontificum potestatem et post tot vituperatos ecclesiae abusus atque errores fraudulentus et suum tantum commodum et clericorum applausum secutus puriorem evangelii doctrinam deseruit, atque avaritiae illecebris excitatus, nulla veritatis, quae ei innotuerat, ratione habita, antiquos errores denuo amplexus est. Cujus mutationis ansam nullam aliam in historiae fontibus, ex quibus haurire liceat, invenimus, sed ne injuste facere videamur, id dicendum esse arbitror, Kempii adversarii ejus esse commentarios, unde causam istam, cur ad pejorem mentem redierit, proferamus. Saepius eo tempore, quo sacra emendata sunt, exstiterunt viri, qui, vivido ecclesiae instaurandae studio excitati et ecclesiae evangelicae tum enascenti aliquamdiu addicti, ex reformationis asseclis acerrimi ejus adversarii evaderent, variis rationibus iisque non indignis, quas multi quidem iis opprobrio verterent, commoti. Nihilominus autem nonnulli ex illis inventi sunt, qui, quamvis adversarii eorum id affirmarent, non avaritia, non turpi lucri studio nec vana ambitione ducti,*) sed ex animi persuasione, quam scriptis doctorum in antiqua ecclesia celeberrimorum denuo lectitandis et examinandis sibi comparaverant, quum, quae in ecclesiae reformatione agerentur, minus sibi placerent, antiquam catholicae ecclesiae formulam rursus probarent, proponerent et commendarent. Itaque in fontium, quibus ad hanc rem explorandam uti possumus, penuria de interna Fischbeckii vita atque de rationibus, quibus adductus mentem subito mutaverit, judicium caute retineamus.

Redeamus autem a digressione, in quam disputatio nostra paullulum declinaverat, ad internam urbis nostrae conditionem, nec praeter-

---

*) Neander, Commentatio de Georgio Vicelio, ejusque in ecclesiam evangelicam animo, p. 16 sq. de causis internis, quibus nonnulli veritati evangelicae addicti postea mentem suam immutaverint, disputavit.

mittamus ea, quae ad lites de rebus scholasticis constituendis et ordinandis inter paroeciae Sancti Nicolai juratos atque inter Scholasticum Hamburgensem exortas quiete componendas facta sint. Etenim quatuor paroeciarum Curatores cum Amplissimo Senatu ad ea, quae duobus annis ante inter se pacti fuerant, firma ac rata habenda studiose transegerunt, ut die X m. Septembris 1524 pactum, quo lis illa exorta dirimeretur, inter Senatum et Capitulum Cathedrale conficeretur. Quod quidem pactum quum Henricus Bantschow, Scholasticus ille Hamburgensis, omnem Senatus Civiumque hac in re intercessionem aversatus, pertinaciter recusaret, ad effectum adduci non potuit atque in irritum cecidit. Quo magis Cives ad iram et indignationem in clericorum dominandi cupiditatem concitati, novamque ecclesiae conditionem, qua scholis emendandis novisque constituendis prospiciatur, exoptantes, veritati evangelicae e tenebris in lucem prolatae propensiores paullatim praebuerunt animos.

Alii etiam, jam sincerrimo divini verbi amore impulsi rerumque ecclesiasticarum ordinandarum studio ducti, quo vitae christianae usui inservirent, novis evangelii praeconibus in clericorum Hamburgensium suggestus vocandis se ecclesiae rebus optime consulturos persuasum habuerunt. Quibus imprimis accensendus est Joachimus Wegedornius,*) veritatis divinae amore incensus et fidei evangelicae promovendae in hominum animis desiderio captus, qui, dum Pasto-

*) Jam anno millesimo quingentesimo decimo nono juratus paroeciae St. Nicolai factus, omnibus gravioribus rebus, quae inter Senatum et Cives eo tempore agebantur, affuit, atque ad Bugenhagii et postero tempore ad Zegenhagii vocationem perficiendam plurimum attulit. Itaque factum est, ut Cives etiam post ejus obitum gratam eorum, quae ab eo acta erant, memoriam servarent. vd. Vollmacht der Bürger den zwölf Vorstendern der Armen und sonst den 24. Verordneten Bürgern aus jedem Kirchspiel gegeven. Anno 1528 „Se schölen ock by dem E. Rade vordern alle vörige Articuls, so vormals dem E. Rade by Seel. Joach. Wegedorens Tyden, ock süsz vormahls vorgetragen, tho der Endschop lopen mögen.“

ris munus ad aedem D. Nicolai vacabat, Joannem Bugenhagium Pomeranum, jam tum de sacris ecclesiae instaurandis optime meritum, Viteberga Hamburgum vocari cuperet, ut cives fidei evangelicae propugnatorem fortem ac propositi tenacem in eo haberent. Ac profecto feliciter peregit, ut cives ac paroeciae jurati, etsi multi catholicae formulae addicti Bugenhagio id vitio darent, quod uxorem in matrimonium duxisset, Pastoris ad aedem D. Nicolai munus ei mandarent, quem evangelium acerrimo studio et felici cum successu esse praedicaturum, eoque opus ecclesiae instaurandae inchoatum ad finem esse perducturum sperarunt. Bugenhagius igitur magnis desideriis a nostratibus expetitus, urbem nostram ob veritatis cognoscendae studium atque ob candidam pietatem civium animis insitam jam tum adamavit, atque Hamburgum discedere ei placuit, ut ecclesiae evangelicae ibi instaurandae consuleret. At parochiae, cui Bugenhagius verbi divini diaconus praefuit, addicti, de consilio ejus Viteberga discedendi certiores facti, magna virium contentione id assequi conati sunt, ut Vitebergae in munere suo ecclesiastico administrando remaneret. Inde utrimque actum est ac Bugenhagius, de ecclesiae evangelicae salute solummodo sollicitus, minime vero suorum commodorum cupidus, dubius aliquamdiu haesitavit, donec Vitebergenses per semestre abeundi veniam ei concederent.*)

---

*) In scriptione paullo inferius laudanda Bugenhagius ipse refert p. 1. ,,Yn dem vorgangen Yahre bin yck ernstlyg geropen vnde gefodert, dat yck scholde Parner syn by juw in St. Nicolaus Karke, vp dat quam unse Gemene tho sammende, vnd wolde my nycht vorlaten. Dat se ouerst sodann Gut nicht vorhynderden, vorlöueden se, dat yck eyn halff Yar mögte by juw predyken. Idt was my wol vp de Tydt swär tho doende, yo doch gaff yck my yn den Wylen Gades, vnde was bereyt tho kamende, wente yck wüsste anders nycht, wen dat ydt Godt so hebben wolde, des fröuwe yck my noch. Darna quam breeff, seegel und bade, dat yck nycht scholde kamen darumme dat de ganze stadt nycht hedde dar tho vorwyllyget, ock vmme andere wertlyken saken wyllen, de doch vor Gade nycht gelden, wen me seelen selycheyt wyl anseen.

Interea Senatus Hamburgensis nondum omni ex parte sacris emendandis propensus Bugenhagii vocationi intercessit, neque eam confirmavit. Paullo post, re apud Vitebergenses nondum decreta, Bugenhagio literae redduntur, quibus, ne vocationi juratorum paroeciae D. Nicolai illegitimae ad munus Pastoris obeundum obsequium gerat, graviter admonetur. Literae ei affirmant, vocationem suam in locum Pastoris ad aedem D. Nicolai, universa re publica minime approbante, esse peractam, unde conjicere liceat, Bugenhagium a civibus et paroeciae juratis, non assumtis paroeciae senatoribus atque adeo dissentientibus, esse electum. Bugenhagius igitur Vitebergae remansit. Sed quum ei etsi civium suffragiis vocato Hamburgum ad salutiferam evangelii doctrinam praedicandam discedere non licuisset, interno pietatis sensu commotus, ut apostolorum more absens quidem, at donis spiritualibus instructus per epistolam Hamburgensibus salutem annunciaret, Senatui et civibus parochiae Sancti Nicolai literas scripsit, quibus, quidquid ad animorum salutem consequendam atque ad vitae aeternae spem nutriendam et fovendam et ad haereditatem coelestem obtinendam pertineret, libere proponeret.*) Sic in tota illius epistolae disputatione Bugenhagius versatus est, ut Hamburgenses institueret, quomodo scripturam sacram tanquam perennem vitae aeternae fontem in usum suum converterent, id solum prohibere conaturus, ne ex epistola sua, qua praeceptoris christiani officium impleret, discordia inter cives exoriretur. Quo sincerrimo pietatis sensu et mira sua humanitate omnium animos ita devinxit,

---

*) Von dem Christen louen vnde rechten guden wercken, wedder den falschen louen vnde erdychtede gude wercke. Dar tho, wo me schal anrichten myt guden Predyckeren, dat sülck loue vnde wercke gepredyket werden. An de ehrentryke Stadt Hamborch. Dorch Johannem Bugenhagen, Pomeren.“ Tho de andermael gecorrigeret mit eynem Register. Wittenberch, 1526. 4. — Cujus scriptionis epitomen brevissimam exhibuit Staphorst. l. l. P. II. Vol. I. p. 91.

ut postea, quum ad res ecclesiasticas et scholasticas constituendas et ordinandas nostratibus sapientis et pii viri consilio opus esset, magna cum consensione ad Bugenhagium converterentur.*)

Aperuit etiam Bugenhagius in hac ipsa epistola Hamburgo urbi honoratissimae scripta suam de rebus Hamburgensibus melius instituendis sententiam civibus, qua ordinationis ecclesiasticae et scholasticae paucis annis post ab ipso ad res sacras et scholasticas emendandas nostratibus descriptae fundamenta continerentur. Adumbravit in hac ipsa scriptione leges, ex quibus publica egentium cura bene ac convenienter administrari posset atque aerarium inopiae viduarum, pupillorum, pauperum atque aegrotorum levandae publice instituendum commendavit, in quod clericorum bona post eorum decessum conferrentur, et cui aerario etiam ea, quae virorum piorum beneficio darentur atque ex singulorum testamentis redirent, adderentur. Cujus aerarii curatores ex apostolicae ecclesiae exemplo diaconos

*) Ibid. p. 2. Wo wol nu yck na Gades wyllen nycht byn tho juw gekamen, vnde doch byn by juw eyn erwählt Pastor vnde Prädicker, dar yck doch yegenwerdich nicht tho kamen kann so ysset nicht vnbyllich, sunder gödtlick, dat yck myt Gades woerde, na dem vorstande my, van Gade gegeuen, yuw dörch schryffte vormane tho der seelen selicheyt, alse ock de hyllge Paulus vnde andere Apostele deden, wor se nycht konden lyflyck henkamen, darhen quemen se doch dorch ere Episteln edder brefe. Ick mercke, dat ydt yuw van nöden ys, wente yck höre, dat by yuw dorch etlycke Prädickere, besundergen Mönneke, de Gnade vnses Heren Jesu Christi apenbär vor allen lüden, ock vor den, de des düuels dregerye wol vorstan, so yamerlyken vnde schentlyken gelestert werd, vnde vor ketterye vthgeropen, dat Gades-thorne vnde richte möchte sere swar kamen, nycht allene auer de lesterere, sunder ock auer de yennen, de na erkandem erdoem sodane Gades lasterynge gerne hören. — De wyle averst Ersame Heren vnde leuen fründe, nychtes so tröstlick, krefftich vndė seelych ys, alse Christus woert, alle de daran löuen, wyl yck disse Christlycke underrychtynge an yuw stellen, vp de woerde vnses Heren Jesu Christi, de nemant kann vorachten etc. Potiora quaedam excerpta sunt ap. Nic. Wilkens, Hamburgischer Ehrentempel, aufgerichtet von Chr. Ziegra. p. 150 sqq.

vocari posse demonstrat.*) Sed quum Augustinus van Getelen, urbis nostrae concionator atque acerrimus doctrinae evangelicae adversarius,**) cui Bugenhagius ob falsas de scripturae sacrae dignitate sententias epistolam adhortatoriam scripserat,***) graviter in Bugenhagium inveheretur, atque ad Amplissimum Senatum Hamburgensem scriptionem probrorum plenam, qua contumelias vehementissimas Bugenhagio ingereret, publice dirigeret,†) Bugenhagius in epistola urbi honoratissimae Hamburgo inscripta causae suae patrocinium suscepit,††) qua perversam Augustini van Getelen sententiam, laicis non licere scripturam sacram legere, severe refutaret ac satis copiose demonstraret, sacram scripturam esse unicum veritatis divinitus nobis revelatae fontem uberrimum, ut, quidquid ad aeternam hominum salutem spectaret, nemo inde haurire non possit.

Convertamus autem oculos ad civium comitia circiter Idibus Januariis hujus anni habita, in quibus Senatus Civibus tria deliberandi capita pro-

---

*) Si quidem in Novo Testamento dicendi formulae διάκονοι κυρίου (1 Cor. 3, 5) διάκονοι θεοῦ (2 Cor. 6, 4.) διάκονοι καινῆς διαθήκης (2 Cor. 3, 6.) διακονία τοῦ λόγου (Act. 6, 4.) διακονία τοῦ πνεύματος (2 Cor. 3, 8) etc. latiore sensu de ministerio verbi divini praecipue usurpantur, tamen strictiori sensu διάκονοι (Act. 6, 1—7) in ecclesia apostolica administratores stipis in usum egenorum collectae habendi sunt. Cf. Mosheim, De rebus Christianorum ante Constantinum Magnum p. 118 sqq.

**) Molleri Cimbria literata. Vol. I. p. 208. et Placii theatr. p. 174. n. 883.

***) Quae quidem epistola adhortatoria adjecta est editioni Vitebergensi ejus scriptionis, de qua modo egimus, p. 273. „An Er Augustyn Getelen."

†) Wedder erdichteden sendebrief ym Namen ern Joh. Puppenhagen vthgeghaen Antwort Augustin van Getelen an den erbaren rath to Hamborch; sub fin. dedicationis: Datum bynnen Lyneborch Anno 1526. d. XV. Maji. 4. Nonnulla ejus scripta anecdota inter manuscripta bibliothecae academiae Hafniensis Resenianae, teste hujus catalogo p. 347 asservantur.

††) An de Erentrike Stadt Hamborch, eyn Breff Joannis Bugenhagen Pomers wedder de Logene dorch ein Schandbock etc. Wittenb. 1528. 4.

poneret. Non est hujus loci de illa Amplissimi Senatus propositione, quae ad urbis munimenta in melius restituenda et reficienda spectat, pluribus dicere vel accuratius inquirere in consilium illud saepius tum agitatum et a Senatu in altera sua propositione Civibus commendatum fossae navigabilis inter Hamburgum et Lubecam ducendae, qua urbes illae magna vi mercium deposita florentissimae ad rerum venalium circumvectionem promovendam vinculo quodam naturali arctius inter se jungerentur. Tertium deliberandi caput, quomodo aerarii publici angustiis succurrendum et pecuniae inopia sublevanda sit, Civium decreta excitavit, quae ob magnam ipsorum vim ad externam ecclesiae formam constituendam maximi momenti esse videantur. Majorem eam rem Cives rati quam ut celeriter agerent et statuerent, circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis ut ardorem eum, qui aliquamdiu ob temporis iniquitatem apud Cives resederat, incitarent rursus novarentque, eoque pecuniae publicae inopiae subvenirent, Amplissimo Senatui per Henricum Schauborch gratias vel maximas egerunt, atque res propositas assensu suo comprobarunt.*)

Sed quum non civium culpa haec publici aerarii calamitas exorta esset, sed res publica diris Capituli saepius vexata atque ludibrii causa interdicto notata clericorum culpa damnum fecisset, ex re esse Cives statuerunt, clericos, ut publicorum redituum detrimentum, quoad pensari et expleri possit, resarciatur et restituatur, vectigales esse habendos, tributa singulis clericis, ne amplius immunitate in rei publicae noxam gauderent, in posterum imponenda et monasteriis neque minus omnibus clericorum bonis et agris vectigalia ex com-

---

*) Cf. Antwort der börger vp des Rades begehren vnde 3 artykul, welke syn vorgedragen dem mandage na der hyllygen 3 könyge, anno 1526; ap. Staphorst. P. II. Vol. I. p. 93 sqq.

muni rei publicae lege esse injungenda.*) Aequum sibi videri, ut Senatus omnium monasteriorum, ecclesiae institutorum et sodalitiorum in posterum patrocinium profiteatur et id sibi proponat, ut, monachis nigris ex urbe depulsis, sacrorum ministri, qui verbum divinum libere profiterentur, conjunctis civium et juratorum studiis eligerentur. Ceterum id vel maxime non praetermittendum esse videtur, Cives in hoc responso per Henricum Schauborch dato Senatui proposuisse, cistulam publicam in quaque paroecia tanquam commune pauperum aerarium instituendum, ex quo viduarum, pupillorum, egenorum et aegrotorum tenuitati rerum subveniatur. Gravia sane erant Civium vota, quae novis Lutheri, qui hanc pauperum curam studiose commendaverat, sententiis tum inter cives propagatis excitata esse arbitramur. Nec Civium vota a Patribus parvi habita, quin etiam paullo post ab iis sancita et communi Patrum et Civium decreto promulgata.

Vocatus est eo anno, mortuo Joanne Engelino, ex Pontificiis obstinacissimo, in cathedram ejus Doctor Bartholdus Mollerus**)

*) Ibid. Thom ersten schölen de dom-herren, van wegen erer dom-karke, sösz dusend mark tho den schaden vp torychtende, ane ynsage (to erleggen) verplychtet syn, dar benevende vpkünffte der karken halven, welke se myt vnrecht vom den kark-heren, by eren dagen, twyntyg yahr, vpgenamen hebben, welke summa wol tho acht dusend marck lopen wyll etc. Ock ys my anbefalen, to seggende van allen Bröderschoppen, nemand buten bescheden, to dem gemenen Gude eyn jeder Vorsteher, na andeel der Güder geven schal etc. Saepius de his rebus posterioribus temporibus in conventibus Senatus et Civium actum est. Cf. Nucleus Recessuum et Conventuum Hamburgensium, oder: Kern-Auszug aller von Anno 1410 bis Anno 1704 in Hamburg ergangener und gehaltener Raht und Bürgerlichen Recesse und Versammlungen; sub vocibus: Geistliche Lehne, Geistlicher Schoss.

**) Rostochii philosophiae professorum ordini primum adscriptus erat, postea relictis philosophorum subselliis ad theologiam profitendam sese convertit. Saepius Decanatu et academiae totius Rectoratu perfunctus est. Cf. Hamelmanni hist. eccles. evangelii in Saxonia inferiore renati in Opp. genealogico hist. de Westphalia et Saxonia inferiori, p. 955 sq. et Dav. Chytraei Saxonia, p. 250.

Hamburgensis, qui magna doctrinae gloria auctus et exornatus per plures annos in academia Rostochiensi docendi munus summa cum laude administraverat, ut ejus existimatio a gratis discipulis etiam ad exteras urbes propagata esset. Rostochii primum Artium Magister et Theologiae Baccalaureus anno millesimo quingentesimo sexto Alberti Crantzii, sui in academia Rostochiensi praeceptoris, opusculum de missa edidit.*) Postea Rostochii SS. Theol. Doctor et Professor creatus et renunciatus et consiliarius ab ecclesiasticis Megapolitanus scholis et orationibus sacris habendis meritam gloriam ex discipulorum multitudine adeptus est. Anno millesimo quingentesimo vicesimo sexto Lector primarius ad aedem Cathedralem Hamburgi electus ante Quadragesimam eo venit, ob eruditionis doctrinaeque famam omnibus expetitus, quem sua auctoritate et egregia scripturae sacrae intelligentia doctrinam controversam esse dijudicaturum et lites inde exortas esse compositurum confiderent. Quin etiam doctrinae evangelicae asseclae spem non levissimam in eo posuerunt. Mollerus, paullo postquam Hamburgum advenerat, Kempium, cujus praeceptor et promotor Rostochii fuerat, ad se arcessivit. In colloquio, cui interfuerunt Doctor Joannes Mollerus et Joannes van dem Mehre, Artium Magister, de missae, sacerdotii et purgatorii articulis in utramque partem disputarunt, et de iis quoque, quae Mollerus in concionibus suis in Quadragesima habendis expositurus et quid in

---

*) Spirantissimum opusculum in officium Missae, in optimum ordinem digestum ab eximio Magistro theologiae et Juris Canonici Doctore Alberto Crantz pro sancta et suavi institutione Sacerdotum ecclesiae. Rostochii 1506. 4. Sub finem hujus editionis haec verba leguntur: Fulgentissimum Opus Missae negotii devotissime interpretativum: nuper ab Alberto Crantz egregiò acutissimoque Philosophiae, Decretorum ac Theologiae Professore magistraliter congestum. In ecclesiae Hamburgens. totius Cleri congregatione eloquentissime voce viva enodatum, felici sidere finem accipit: Impressum Rostochii decima sexta mensis Aprilis.

disputatione contra Lutheranos ab eo instituenda probaturus sit, disseruerunt. Kempius autem graviter testatus, se Dei gratia evangelium ut antea, sic in posterum esse praedicaturum, id sibi a Mollero expetiit, ut, si quid in orationibus sacris a se habendis minus placuerit, articulum in dubitationem vocatum et nomen ejus, qui annunciaverit, designaret; se statim ad eum esse venturum affirmat, ut articulorum controversorum rationem ex scriptura sacra redderet.

Quo pacto data dextra utrimque confirmato, Kempius, quum die Veneris ante Dominicam Palmarum in historia eorum, quae Christus passus sit, exponenda de sacra coena sub utraque specie instituenda dixisset, idque pluribus demonstrasset, hanc primam sacrae coenae formam posterioribus temporibus paullatim esse abolitam, ideoque preces ad Deum optimum esse fundendas, ut sacra coena integritati suae restituatur, Mollerus die dominica Palmarum ex Kempii, quem in hac narratione exponenda sequimur, sententia haud dubie ab aliis incitatus, fide quam dederat neglecta, in Kempium acriter invehitur, et quicunque hanc de sacra coena doctrinam profiteatur vel sacra coena sub utraque utatur, hominem haereticum et flagitiosum appellat.*) Qua quidem re lis acrior exorta est. Pastores Cathedrales Molleri exemplo concitati animum demissum erigunt et alacriores ad rem contra evangelii concionatores sustinen-

*) Ne acerbius et acrius de Mollero statuamus, nobis in memoriam revocemus, quantopere ecclesiae catholicae doctrina et vetus illa papalis potestatis reverentia omnium animos cepisset, ut adeo viri sapientes et veritatis studiosissimi falsarum doctrinarum patrocinium susciperent. Sic etiam Albertus Crantzius, vir liberioris animi et praeclari ingenii, Joannem Hussium haereticum appellat, qui peregrinis opinionibus delectatus Wiclefistarum doctrinam arripuerit, neque minus Wiclefium perniciosissimae haeresis hominem designat. Ipse Crantzius noster, quo Mollerus usus erat magistro, doctrinae de purgatorio et de communione sub una veritatem probat atque defendit. Cf. Wandalia lib. X. c. 2, 23. 27 et 29.

dam facti iram conceptam prae se gerunt, sensus suos aperiunt et conjunctis studiis certamen vehementissime ineunt. At vicit veritatis aeternae vis et robur levissimas et falsissimas hominum opiniones eorumque commenta et incepta inania. Mox etiam dogma illud de integra communione, quod institutioni divinae et veteris ecclesiae ritui conveniat, in nostratum animis magis magisque praevaluit.

Quum diu anceps fuisset certamen, quod Kempius pro vindicanda evangelii veritate inierat, et Pontificiis, qui ob argumentorum debilitatem praeter spem restitissent, Molleri patrocinio crevissent animi, Deus optimus pro benigna rerum humanarum procuratione fortissimum socium in verbo divino exponendo et praedicando ei adjunxit, Joanne Zegenhagio, qui Magdeburgi evangelii veritatem diserte et studiose propagaverat, Sacellano ad aedem St. Catharinae unanimi senatorum et civium suffragio rite electo et vocato. Concedimus etiam libentissime Magdeburgo hanc gloriam, quod ex Saxoniae inferioris urbibus fuerit, quae jam mature, Lutheri voce vix per Germaniam perlata, si minus pristinam integritatem et dignitatem ecclesiae restituerent, tamen doctrinae evangelicae propagandae locum darent.*) Inter primos veritatis evangelicae praecones in urbe Magdeburgensi nominandi sunt Melch. Mirizius Augustinianus, Jo. Fritzhans Franciscanus, D. Eberh. Wiedensee, cui Bode et Zegenhagius noster ad aedem St. Catharinae diaconi sese adjunxerant.**) Post-

*) De initiis doctrinae evangelicae in urbe Magdeburgensi cf. Dresserus Chron. Sax. p. 515. Blocii Euseb. Magd. Drama histor. Act. III. Sc. I et V. Seckendorf, l. l. I. §. 139. p. 246. Magdeburg. Jubeljahr 1724. p. 21 sqq. p. 341 sqq. Dav. Chytraei Saxonia, p. 282.

**) Uhrsach und Handlung in der Kayserl. Löbl. und Christl. Stadt Meydeburg eyn Christlich Wesen und Wandell belangende Dornstags nach Margarethe, des 14 Tages July in dehn tzweyen Kirchspylden S. Joannis und S. Ulrichs durch dy Christlichen Gemeynen und

quam autem cives Magdeburgenses ab Electore Saxoniae Nicolaum Amsdorfium, in quo magnam fiduciam ponebant, sibi expetierant, ut per anni spatium Dei verbum Magdeburgi doceret,*) atque ad ecclesiam evangelicam constituendam et regendam meliora institueret, re ab Electore benevole concessa, verbum Domini Magdeburgi tanta incrementa cepit,**) ut nova ecclesiae forma evangelio sine hominum traditionibus et rationis commentis praedicando institueretur, sacrificium missaticum, communione sub utraque ordinata, plane tolleretur, quin etiam ad exemplum Norimbergensium aerarium ecclesiasticum, quo pauperum inopia sublevaretur, ex ecclesiae reditibus constitueretur.***) Jam quum Zegenhagius a paroeciae St. Catharinae juratis Hamburgum vocatus atque honorifico Senatus Magdeburgensis testimonio dimissus†) huc pervenisset, in evangelio praedicando, quemadmodum Magdeburgi liberum evangelii praeconem se praebuerat, fortiter perrexit.

Mox autem Senatus Amplissimus Zegenhagio cathedram sacram interdixit, teste Chronico antiquo MS.,††) graviter iratus de eo, quod purum Dei verbum in ecclesia St. Catharinae civibus annunciaverit.

Versammlungen öffentlichen gehandelt und beschlossen Anno 1524. Maydeburg. Walther, Sacra Magd. instaurat. Decenn. p. 8: Sebast. Langhans, Geschichte des Jahres 1524. p. 5—7. Heinrich Rathmann, Geschichte der Stadt Magdeburg von ihrer ersten Entstehung bis auf gegenwärtige Zeiten, Vol. III, p. 338.

*) Waltheri Decenn. p. 18. Rathmann a. a. O. p. 330.

**) Kettners Magdeburg. Clerus p. 446 sqq.

***) Magdeburg. Jubeljahr, p. 84—89.

†) Magdeburg. Jubeljahr, p. 379: „Anno 1526 fordert der Rath auf Begehren der evangelischen Prediger von den Franciskanern ihre Regul, die von den Evangelischen refutirt wurde. Solches hat der Rath nach Hamburg geschiket mit einem schönen Testimonio wegen des Ziegenhagens, der nach Hamburg berufen wurde.

††) ap. Staphorst P. II. Vol. I. p. 96 sqq.

Ceterum re civium intercessione*) ita composita, ut Senatus concionandi licentiam Zegenhagio iterum concederet, paullo post res in deterius versa est Senatus decreto, quod in Zegenhagium exsilium pronunciaret, eumque ex urbe relegaret. Cujus ex urbe ejiciendi consilium quum ad civium aures perlatum esset, circiter quadraginta cives post concionem a Kempio habitam in lectorium ecclesiae Mariae Magdalenae convenerunt, ex iisque delecti ad Consulem Magnificum Hohusen**) Civium preces detulerunt, ut Senatus Amplissimus ad audienda et deliberanda ea, quae de rebus quibusdam a Civibus proponenda essent, convocaretur. Postero die ingenti civium multitudine undique circumfusa, ex quaque paroecia decem deputati sunt, qui ex Senatu comperirent,***) cur Zegenhagius, minime ex rei publicae jure convictus, urbe expelleretur, quem Civium suffragiis nullo modo ejectum iri affirmarent. Senatus, quum Civibus responderet, suum Zegenhagii urbe expellendi consilium haud abnuit;

---

*) Primum a civibus deputati sunt ex paroecia St. Nicolai Joachim Wegedorn (juratus anno 1519 vd. infra), Joachimus van der Vechte (Anno 1515 magister fraternitatis Aller Christen Seelen ad aed. Mar. Magdalenae), Hans Elers, Warnecke von Barghen (juratus anno 1527), Hans Schröder (jur. a. 1528. Sen. 1529) et Jacob Otto; ex paroecia St. Petri Vassmer Vassmers (jur. a. 1520), Götke Möller (jur. a. 1516, quindecimvir 1528, sen. 1529), Hans to Westen, Dirik Krummerlynk (jur. a. 1515), Clawes von der Medem (jur. a. 1524), Dirik Ostorp (cf. supra p. 28); ex paroecia St. Catharinae Hinrik Davörde (jur. a. 1513, quindecimvir 1528), Tile Anckelmann vel Toel Nangkemann (jur. a. 1514; ob Zegenhagii patrocinium intrepide susceptum Senatus graviter ei succensuit A. 1529 quindecimvir), Jurgen van Heme, Hans Byssenbeke (jur. a. 1517), Hinrich Warendorp (jur. a. 1520), ex paroecia St. Jacobi Hinrik Wittekop (jur. a. 1504), Hans Mölenhof (jur. a. 1504), Mauritius Moller (jur. a. 1490), Hans von Bergen (jur. a. 1522, quindecimvir a. 1528), Hinrik Ritzer (jur. a. 1517).

**) Thider. Hohusen Sen. 1505. Consul 1517. obiit 1546.

***) Joachimus Wegedorn Civium nomine verba ad Senatum fecit, quemadmodum paullo post in iis, quae de Zegenhagii ad aedem St. Nicolai vocatione cum Senatu agenda essent, Civium preces et vota exposuit.

viri doctrinam urbi esse perniciosam, ipsum esse monachum fugitivum, fabrum ferrarium ubique relegatum, imprimisque Magdeburgo, ubi discordiam et seditionem moverit, eum sapienter monentibus non obtemperare, sed suo ingenio indulgere, quod Senatus probare non possit, vel maxime veritus, ne quid detrimenti mercatura ex edictis imperatoriis et papae diplomate caperet. Senatu et Civibus hinc illinc agitantibus lis ex voto Civium ita diremta est, ut concionandi licentia, in quacunque urbis aede Cives optarent, Zegenhagio concederetur.

Sed quaeritur, an fides scriptori anonymo habenda sit, ex quo hanc de Zegenhagii exsilio, de quo Senatus cogitaverit, narrationem hausimus. Nonnulli ei fidem plane denegare haud dubitant. Ac profecto mirum videri possit, Senatum in Zegenhagium ob puriorem evangelii doctrinam annunciandam tam acerbe et inique animadvertisse, dum in Kempium evangelii placita aeque libere praedicantem non intercederet. Quae quidem res in fontium, quibus uti possumus, penuria non facile dilucidari potest. Id per se patet, Senatum non diversissima ratione utrumque illum evangelii praeconem tractare potuisse, nisi aliae causae accederent. Ex iis, quae supra exposuimus, liquido constat, Kempium, etsi studiosum evangelii sectatorem, communione sub utraque, quam vehementer commendabat et defendebat, ante Zegenhagii adventum non esse usum. Scriptor ille anonymus nobis refert,*) Senatum Zegenhagium ob peccatorum veniam, quam ille poenitenti delicta sua confesso annunciaverit et ob communionem ab eo sub utraque institutam urbe expellere voluisse. Inde non sine magna veritatis specie colligere possumus,

*) l. l. Hyr hörden wy, dat de Raht Heren Johann Zegenhagen to Ste. Cathrinen wulden verwysen, vm der wyllen, dat he de Lüde Chrystlyck absolveret hadde, vnd de Lüde, beider Gestalt des Sakraments, berichtiget.

Zegenhagium, qui jam anno millesimo quingentesimo vicesimo quarto sacrorum reformationem in urbe Magdeburgensi feliciter peractam vidisset, novam ecclesiae Magdeburgensis formam in ecclesiam Hamburgensem nondum sacris emendandis satis maturam celerius transtulisse, et in urbe nostra coenam sacram primum ad ipsum Christi institutum administrasse, unde Senatus ei exprobraverit, ecclesiae ritus ab eo ad suum arbitrium esse constitutos, ideoque discordiam inter cives et seditionem esse motam. Sed tantum abfuit, ut Zegenhagius noster nova evangelii doctrina civibus proponenda rei publicae sollicitator et civium corruptor exsisteret, ut, quemadmodum in urbe Magdeburgensi demum post religiosam et sobriam doctrinae evangelicae explorationem ejus placita amplexus erat,*) Hamburgi quoque omnia sobrie et diligenter tentanda et examinanda civibus commendaret.

Itaque civium favore et benevolentia Zegenhagius mox ad ampliorem provinciam vocatus est. Bugenhagii vocatione ad cathedram Pastoris paroeciae St. Nicolai Senatus intercessione irrita facta,**) hujus paroeciae jurati et cives sacris emendandis studiosissime addicti nihil prius sibi agendum putarunt quam ut impedimenta, quae doctrinae evangelicae praedicandae et ecclesiae Lutheranae firmius constituendae objiciebantur, expedirent, omnesque difficultates, quae obstabant, removerent. Contigit autem paullo post, ut, quum Henricus Sendenhorst, acerrimus catholicae formulae assecla, peste tum in urbe nostra grassante, sacrorum antistitis habitationem clam de

*) Rathmann a. a. O. Vol. III, p. 351: „In der Katharinen-Gemeine kam es aber früher schon zum Vorschlage, einen eignen evangelischen Prediger zu bestellen, indem die bisherigen Prediger Bode und Ziegenhagen, zwar schon reiner und evangelischer lehrten, jedoch wahrscheinlich manchen eifrig Lutherischen Gemeindegliedern noch nicht weit genug gingen."

**) Cf. etiam Sculteti tract. Von der Schule zur Kirche berufener Prediger, p. 57.

nocte deseruisset, omnium studia ad Zegenhagium converterentur. Jurati Nicolaitani, postquam in domum Eimbecensem ad rem deliberandam tredecim cives collegerant, iique omnes cives, quicunque, ut ipsis hujus aetatis verbis utar, possessores essent proprii caumatis,*) esse convocandos existimaverant, omnes, in quos competebat, excitarunt, quorum suffragiis Zegenhagius Pastor ad aedem D. Nicolai eligeretur. Is autem, quae eximia erat viri modestia, tenuitatis suae conscientiam primo praetendit, tum autem his conditionibus dictis et acceptis, ne quid in evangelii veritate praedicanda sibi opponeretur, neque in caerimoniis ecclesiasticis tollendis impediretur, neque, quantum ad vitam sustentandam pertineret, sibi et ecclesiae diaconis detraheretur, munus ecclesiasticum ei delatum suscepit.**)

At Consul Magnificus Gerd. vom Holte***) solemnem Zegenhagii inaugurationem interdixit. Senatus die festo D. Michaelis a juratis et viginti civibus deputatis de hujus intercessionis causis consultus, Zegenhagii vocationem invitis paroeciae praesidibus esse factam, eumque ritus ecclesiasticos et caerimonias non esse observaturum respondit. Tum Joachimus Wegedorn,†) qui in omnibus rebus, quoties-

*) Jam eo tempore notionem „Erbgesessenheit" sic explicatam, eique magnam vim tributam esse invenimus, quemadmodum postero tempore haec notio publice exposita est „die in dieser Stadt Ringmauern mit eignem Feuer und Heerd wohnhaft sind," vergl. Reglement der Bürger-Convente, Titel I, Artik. 5 in Neuer Abdruck der vier Haupt-Grundgesetze der Hamburg. Verfassung, p. 63.

**) Staphorst P. II. Vol. I. p. 98 sq.

***) Gerd. vom Holte, (van Holten) Lt. Sen. 1505. Cons. 1520. resign. 1529. obiit 1537.

†) Jure Ritzenbergius eum de ecclesia evangelica Hamburgi instauranda optime meritum in epitaphio laudibus extulit. (cf. p. 37. 48.)

Hoc Joachime jaces tectus Wegedore sepulchro
Angelicae exspectans signa sonora tubae.
Per te vivifico hic patefacta est janua verbo
Atque superstitio desiit esse minax.

cunque occasio facta erat, doctrinae evangelicae propagandae profuerat et Zegenhagio eligendo maximam operam dederat, et Kord Lampe ex civium mandato Senatui exposuerunt, post Bugenhagii electionem irritam factam civibus esse permissum, ut alium virum ex sententia sibi eligerent Pastorem; Zegenhagium igitur concordi juratorum et civium suffragio legitime esse vocatum, eumque praedicasse et in posterum esse praedicaturum, quod imperatorio mandato conveniret, neque unquam esse revocaturum, nisi convictum testimoniis scripturarum, doctrinam quam praedicaverit esse falsam et scripturae sacrae placitis non accommodatam. Nec ingrata oratio Civium Patribus fuit et facile apparebat, Cives omnia et propenso animo esse facturos, ut inter Senatum et Cives de caerimoniis ecclesiasticis observandis certum quid constituatur. Itaque quamvis Senatus jus pastoris eligendi a Consule Magnifico non Civibus, exceptis et invitis paroeciae praesidibus, esse delatum affirmaret, tamen eam vocationem servandam et confirmandam esse censuit.

Per eos dies, quibus haec gesta sunt, etiam de Pastore eligendo ad aedem D. Jacobi actum est. Ac profecto divinae providentiae placuit, ut iis, qui arduum iter, quod ad sacra emendanda ingressi erant, constanter persequebantur, novus socius isque doctus et alacer adjungeretur. Vocatus est ad munus Pastoris ad aedem D. Jacobi obeundum M. Joannes Fritze, quem Molleri testimonio*) subnixi nonnulli ex eorum numero fuisse existimant, qui Senatus Lubecensis decreto Lubeca ob puriorem evangelii doctrinam civibus nunciatam expulsi essent. Fritze inde a puero rerum angustiis oppressus,

*) D. Johann Mollers Nachricht etc. demglicken M. Johann Fritz, een Papen Kind vorwyset vth Lübeck ap. Staphorst l. l. p. 70. Mester Johann Fritz Wahndages Cappellan tho Lübeck, vnde dar verwyset, ibid. p. 74.

sed animi ingeniique dotibus instructus Rostochii, ubi Bartholdi Molleri scholis operam vel maximam navaverat, theologiae studiis sese addixerat.*) Atque vir juvenis doctus et studiosus, summo veri perscrutandi studio incensus summaque diligentia et assiduitate instructus, magnam laudem et amorem apud Rostochienses sibi comparavit, quem etiam in posterum servatum, imo auctum esse videmus.**) Fuit imprimis praeter Joachimum Wegedorn Detlev Schuldorp, qui, quum evangelicae doctrinae propagationi prospicere cuperet, viri egregii vocationem apud parochianos ecclesiae D. Jacobi ad felicem exitum perduceret, ut ecclesia Hamburgensis, ad cujus reformationis instituendae auxilium Hamburgum vocatus est, hoc acceptum illi referre debeat.***)

---

*) Ibid. Mester Johann Fritze Hor-Kind, wahndages een discipul Doctoris Moller, de ehm in der Universitet tbo Rostock de frie Kost vmme Gades wyllen gegeven hefft vnde behelplick gewest, Mester vnde darna Prester gemacket, ibid. p. 77 et Nic. Bustorpius in epist. ad Zegenhagium l. l. p. 26. Quid putat bonus ille M. Joannes Fritz, num quod non novimus nos? Novi illum dum adhuc pannosus erat ante multos dies et certos annos, proficiat illi nunc fortuna sua sitque memor — sui benefactoris etc.

**) Fritzius noster posterioribus vitae suae temporibus a Senatu Rostochiensi et Civibus, qui tum ecclesiae evangelicae se addixerant, maximi habitus est. Anno 1540 (obiit autem die festo D. Michaelis 1544) Rostochium profectus, a Senatu etiam atque etiam rogatus est, ut, quum natalitia Christi celebranda instarent, certe diebus festis Rostochii remaneret, populoque doctrinam evangelicam annunciaret. Quae res ex Fritzii epistola ad Consulem et Senatum rei publicae Hamburgensis d. VII. Decembr. scripta intelligitur, qua veniam his verbis sibi expetit „doch dorch drepliche vnde anstande Orsacken werde Ick von dem Erbaren Rade tbo Rostock vermanet vnde ghebeden yck se nycht mocht verlaten, jo thom weinesten dat anstande fest by an bliuen vnd mit dem Worte Gades dem Volke gedenet hebben. Anecdota Staph. ad ann. 1540 addit.

***) Quaeritur, an fortasse hic noster Joannes Fritze sit idem, qui ecclesiae evangelicae Magdeburgi renovatae insigni opera inserviverit, atque ad res ecclesiasticas ibi quoque constituendas et ordinandas plurimum fecerit. Sunt, qui vitam ejus Lubecensem cum commoratione Magdeburgensi bene conciliari posse existiment. Multa autem sese offe-

Sed et certamen novum imminebat et res publica, secum ipsa discors, intestino inter Pontificios et Evangelicos flagrabat odio. Etenim Zegenhagius, jam Pastor Nicolaitanus constitutus, in Pontificios ob fabulas commentitias et ob falsae eorum doctrinae mendacia graviter invehitur, contra abusus in doctrina severe concionatur, turpemque eorum vitam acriter objurgat. Quo facto sacrificuli et chori sodales graviter irritati inter se conveniunt, ut festis illis diebus, quibus Jesu Christi natalitia solemni ritu celebranda erant, chorum deserant, officioque se subducant, sperantes fore, ut plebs adversus evangelii praedicatores exacerbetur. Sed spes in irritum cecidit, omnibus caerimoniis et ritibus a Zegenhagio una cum diaconis, aedituis, ludimagistris et de schola pueris rite et apte institutis, ut supervacuam esse magnam sacrificulorum turbam, quum perpauci rem praeclare peregissent, satis appareret. Jam Zegenhagius de con-

---

runt, quae officiant, quo minus huic sententiae accedam, si quidem libenter concedam, rem dubiam non plane esse dirimendam. Joannes Fritze, celeberrimus ille Magdeburgensium concionator, vel Joannes Fritzhans, (quae nominis forma apud scriptores Magdeburgenses saepius legitur, apud scriptores Hamburgenses prorsus desideratur), monachus Franciscanus, jam anno millesimo quingentesimo vicesimo Lutherum ducem ecclesiae emendandae prodeuntem summo cum ardore secutus est, atque ob liberam evangelicae veritatis praedicationem urbe expulsus, Vitebergae, quo sese receperat, Magdeburgensibus fugae causam et primarios doctrinae quam praedicaverat articulos exposuit. Anno millesimo quingentesimo vicesimo quarto Magdeburgum reversus mox a paroecia St. Joannis concionator eligitur. Ipse postea Pastor ad aedem St. Spiritus factus die IX. Octobr. uxorem duxit. Fritze anno sequente Amsdorfio socio assumto contra Bonifacium, monachum ex ordine Praedicatorum, et Cubitonem ad aedem Cathedralem Pastorem festum ascensionis Mariae et missae sacrificium magnifice laudantes et celebrantes et praedicavit et scripta in lucem emisit. Ex annalibus Magdeburgensibus non comperimus, Fritzium Hamburgum esse vocatum, eoque alium Pastorem in locum cjus esse suffectum, sed Fritzio demortuo successisse M. Sebastianum Steudam. Accedit quod non modo Mollerus Fritzii adversarius eum Lubeca esse expulsum contendit, dum Zegenhagium Magdeburgo esse relegatum affirmat, verum etiam Kempius eum „Johann Fritze van Lübeck“ designat.

temtu, quo Jesu Christi natalitia a sacrificulis parvi habita erant, valde iratus eos choro arcuit atque prohibuit, ne in vigiliis et missis pro animabus defunctis cantus antiquos restituerent. Sic catholicae ecclesiae ritus et caerimoniae per se conciderunt, et sicut antea Zegenhagius in aede D. Catharinae communionem sub utraque instituerat, sic etiam in aede St. Nicolai coenam sacram ad ipsum Christi institutum administrabat.*)

Interea manente discordia concitatur multitudo orationibus sacris a Pontificiis habitis. Ac turbulentior facta est plebs Hamburgensis, quum catholicae formulae asseclae evangelii praecones vehementer increparent, eorumque auditores diris imprecatis diabolo devoverent. Crescere inde malum in dies non clamoribus modo apertis, sed, quod multo perniciosius erat, plebis corruptione occultisque Pontificiorum colloquiis, quae atrox certamen excitarent. Eam rem Senatus ratus, ut erat, perniciosam, rei publicae turbatores, si qui rixis et objurgationibus plebem irritarent, edicto, quo provocatio quaevis vetaretur, esse coercendos censuit, ne aliud multo gravius malum civitatem invaderet.

Quum in hanc sententiam Patres ad sedandos tumultus pedibus omnes issent, convocatis in curiam utriusque partis concionatoribus die Saturni post natalitia Jesu Christi celebrata hos decreti sui articulos postridie e cathedris sacris publicandos proposuerunt, ut omnes in hac urbe nostra concionatores purum Dei evangelium sacra

---

*) Rationibus satis firmis in dubium vocamus, quod nonnulli scriptores v. c. Richey l. l. p. 56 aedi D. Nicolai quasi proprium atque honorificum tribuerunt, in illa ipsa aede Hamburgi factum esse initium communionis sub utraque instituendae. Nam Zegenhagius Capellani in aede D. Catharinae munere functus, quum ob coenam sacram sub utraque administrandam a Senatu graviter notatus et exsilii poena fere mulctaretur, aedi D. Catharinae hanc laudem non esse detrahendam sequitur.

scriptura explicanda ex probatis et receptis ecclesiae christianae libris placide docerent et praedicarent, quo omnes emendarentur neque ullo modo offenderentur; caverent praedicatores, ne se invicem ex suggesto vel alio loco contemnerent, increparent, haereticos significarent conviciisque proscinderent, sed, si quid alter in alterius culpam conferre eumque meliora docere posset, secundum praeceptum evangelii Matth. XVIII et Lucae XVII alter alterum convinceret, assumtis aliis viris scripturarum sacrarum peritissimis, ne quid aliud nisi quod ad animorum salutem pertineret, in orationibus sacris ad populum praedicaretur; ne sublimioris argumenti disputationes, quibus plebs infima perturbaretur et confunderetur, instituerent. Referretur potius cujusque praedicatoris doctrina ad fovendam aeternam animorum salutem, ad obsequium erga magistratus praestandum et ad pacem et christianae rei |publicae tranquillitatem promovendam secundum Pauli apostoli praeceptum Rom. XIII, quo quisque ad Dei honorem et ad christianum plebis amorem concordiamque sustentandam plurimum faceret; denique ut praedicatores, quotiescunque iis occasio data esset, hominum peccata sine contemtu ordinum juste castigarent et coercerent, et ut plebem a violentia contra caerimonias ecclesiasticas, sanctorum imagines et ecclesiastica officia dehortarentur, donec Deo rem perficere et ad felicem exitum perducere placeret.*)

**) Quod quidem edictum ex Kempii enarratione a nobis relatum quasi Recessus Spirensis (A. 1526.) interpretationem a Senatu scriptam nobis exhibet, igiturque dignissimum, quod a nobis latius et uberius proponatur. Nam Recessu Spirensi, quo edicti Senatus fundamentum continetur, constituta sunt haec.“ Demnach haben wir auch, Churfürsten, Fürsten vnd Stände desz Reichs vnd derselben Bottschaften, vns jetzt allhir auff diesem Reichstag einmütiglich vergliechen vnd vereiniget, mittler Zeit des Conciliums oder aber National Versammlung, nichts desto minder mit vnsern Vnterthanen, ein jeglicher in Sachen, so das Edict durch Keyserl. Majest. auf dem Reichstag zu Wormbs gehalten, auszgangen, belangen möchten, für sich also zu leben, zu regieren vnd zu halten, wie ein jeder solches gegen Gott vnd Keys.

Addita est comminatio, ut, si quis odium et discordiam inter cives excitaret, non solum non ad munus ecclesiasticum obeundum admitteretur, sed urbe expelleretur. Quo mandato accepto, neque tamen caerimoniis abolitis rursus instauratis, quies utcunque restituta est et singuli, quae didicerant, ex arbitrio docuerunt.

Quae quum ab Amplissimo Senatu publice sancita et promulgata essent, Nicolaus Bustorpius, Canonicus, Lector secundarius*) ad aedem Cathedralem, die Veneris post natalitia Jesu Christi A. 1526 celebrata, spreto Senatus decreto, conviciis in evangelii praeceptores quasi in Antichristi prodromos Christo obloquentes invectus est, eorum dogmata acerbe vituperavit, atque inter alia docuit, Christum non pro peccatis mortalibus, sed solummodo pro peccato originali mortem subiisse, ita ut quilibet ipse pro peccatis mortalibus satisfacere deberet.**). Pariter etiam, quotquot communione sub utraque uterentur, damnavit, atque id praecipue Evangelicis vitio vertit, quod Novum Testamentum Germanicum ab auditoribus in ecclesiis legeretur. In hac oratione sacra duos igitur primarios doctrinae evangelicae articulos scilicet justificationem hominibus per solam

---

Majest. hofft vnd vertravt zu verantworten." Hortleder, Handlungen und Ausschreiben etc. I. p. 27. Neue Sammlung der Reichsabschiede, II. 274.

*) Joannes Fritzius de Winzenberg, Canonicus Hamburgensis, anno millesimo quadringentesimo octavo utramque lecturam theologicam primariam et secundariam instituerat, easque ex re familiari reditibus instruxerat et satis ample ornaverat.

**) Quae a Kempio in enarratione sua fusius de re Bustorpiana enarrantur, ea Thraciger ad annum 1526 breviter exposuit ap. Westphalen, Monumenta inedita rerum Germanicarum etc. Vol. II. p. 1395. „Niclaus Burstorph ein Thumb-Herr predigte, dass man das Sacrament in beyderley Gestalt nicht solte reichen, auch hactte Christus nicht gelitten für die, so nach seinen Leiden in offenbahre Sünde fielen, sondern ess müssten dieselbigen für ihre Sünde selbst genug thun, und sonsten noch etzliche mehr Articull" etc.

fidem divina gratia concessam et communionem sub utraque administrandam tam acriter impugnaverat, ut evangelii praedicatores id aegerrime ferrent, neque id silentio praetermittendum esse putarent. Confestim, ne mandati Senatus reverentiam violarent, tres praedicatores*) ad Bustorpium miserunt, qui de his articulis cum eo agerent, eumque interrogarent, an haec concionis a se habitae capita ex ipsius ore literis consignata agnosceret, atque in iis tuendis perseveraret. Ille dubius fluctuans rem secum in animo volutandi tempus sibi postulavit, atque epistola apologetica Latine ad Zegenhagium scripta,**) respondit, in qua doctrinae suae veritatem et catholicam placitorum, quae ab eo proposita erant, formulam probare studeret. Quae epistola rationum argumentorumque debilitate sane indigna, quae accuratius inspiciatur, sermonis quoque obscuritate et orationis male nexae perpetuitate magnum profecto praejudicium facit. Illud autem haud dubie ad epistolam inspiciendam gravissimi momenti esse videtur, quod ex omnibus doctrinae articulis, quorum Bustorpius rationem reddere conatur, argumenta possunt cognosci, in quibus refellendis et refutandis omnes sacrorum reformatores operam vel maximam posuerunt.

Examinemus igitur paullo accuratius Bustorpii placita, quae doctrinae catholicae ab Evangelicis Hamburgi tum impugnatae quasi nucleum exhibeant. Ac primum Bustorpius suam de coena sacra sententiam exponit; concedit quidem communionem sub utraque specie panis et vini a Christo ipso esse institutam, sed scholasticis argutiis id

*) Quorum praenomina, omissis nominibus, retulit Kempius l. l. p. 44 „se hebben auerst vorerst tho ehme gesandt dem Capellan tho S. Nicolai mit Namen Herr Jacob, vnd tho S. Catharinen Herr Johann vnde Herr Lucas tho S. Jacob etc. atque Staphorst in praef. P. II. Vol. I. ad p. 18. duos priores fuisse Jacobum Laurentium et Joannem Güstrowium non male conjecit.

**) Jo. Frid. Mayers Evangelisches Hamburg, p. 53—71. Staphorst, l. l. p. 19 sq. p. 44 sq.

probare conatur, unam speciem panis sufficere Christianis; esse quidem duo signa sive duas species, unum autem sacramentum; ubi carnem, ibi esse sanguinem et totum Christum. Quum enim in sacra coena sub utraque administranda multa pericula essent exorta, ecclesiam ita statuisse demonstrat, ut omnes fideles communione sub una uterentur, neque ab ipsius norma recederent. Ad quam sententiam firmandam provocat ad ecclesiae auctoritatem et vetus illud dictum inculcat, extra ecclesiam nullam esse salutem. Neque dubitat profiteri, Christum mundi peccata suo corpore in cruce expiasse, sed Christi meritum ad adultos non pertinere, qui consulto et malitiose petulanterque peccaverint, nisi ipsi pro talibus peccatis satisfacerent. Commendavit etiam interpretationem scripturae sacrae Hieronymianam ecclesiae auctoritate receptam*), atque aliam quamlibet inutilem, perversam et falsam esse praedicavit, quo illam Novi Testamenti per Lutherum interpretationem in dialectum Saxoniae inferioris versam et paucis annis ante Hamburgi in lucem emissam, de qua jam supra egimus,**) haud dubie significaret. Denique disciplinam ecclesiasticam, qualis in ecclesia per tot saecula observabatur, defendit, ut non modo communionem sub utraque, verum etiam psalmorum cantum sacerdotibus vindicaret, eumque plebi detrahere vellet.

Evangelici his literis acceptis, in quibus Bustorpius placitorum retractationem, si rationibus convictus fuerit, promiserat, identidem

*) Jam Gregorii Magni auctoritate (praef. ad Moral. in Job.) Hieronymi interpretatio adeo commendata est, ut paullo post in omnibus ecclesiis reciperetur. Isidorus Hispalensis, († 636) De offic. eccles. I, 12. „De Hebraeo autem in Latinum eloquium tantummodo Hieronymus presbyter sacras scripturas convertit: cujus editione generaliter omnes ecclesiae usquequaque utuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis et clarior in verbis.

**) p. 30.

eum invitarunt, ut diem et locum, quo de his rebus amice agendum esset, diceret. Sed quum Bustorpius, ut colloquium evitaret, nunc coenobium Mariae Magdalenae, nunc aram D. Lucae in aede Cathedrali diceret, tandem nihil sibi cum iis tractandum esse annunciaret, litem examinandam dirimendamque ad Senatum detulerunt, ut Bustorpius, quoniam Senatus mandatum minimi habuisset, atque de dogmatibus controversis ex suggesto sacro disseruisset, ad colloquium cogeretur; si res secus evenerit, errores publice prolatos se publice esse notaturos et refutaturos. Itaque, Senatu litem sacram non dijudicante, sed consulto fortasse negligente vel gravioribus ex sua sententia negotiis occupato, evangelii praedicatores dominica secunda Quadragesimae anni millesimi septingentesimi vicesimi septimi errores Bustorpii dogmaticos elencho significarunt, et ne celato quidem ejus nomine concordi animo confutarunt. Inde factum est, ut certamina ecclesiastica paullo ante sopita et Senatus decreto fere oppressa novo ardore et fervore acrius recrudescerent atque ita incalescerent, ut diaconus ad aedem D. Nicolai sacrificulum signum dantem et missam celebrantem, qua orationem sacram a diacono habendam interrumperet, conviciis afficeret, eumque cum diabolo compararet.

Jam Senatus temporum necessitate coactus Nicolaum Bustorpium omnesque praedicatores, adhibitis parochiarum juratis, in curiam ad colloquium convocavit, in quo ab utraque parte controversi doctrinae articuli exponerentur.*) Quod colloquium publicum hanc ob causam

*) Aderant etiam praeter triumviros illos evangelicos Zegenhagium, Fritzium et Kempium Bartholdus Mollerus, SS. Theol. Doctor et Lector theologiae primarius, Henricus Wendt SS. Theol. Doctor, Dr. Henningus Kissenbrügge, Hermannus Langenbeck, civis et juris utriusque Doctor, Joannes Mollerus civis et juris utriusque Doctor, Bartholdi frater et acerrimus Pontificiorum propugnator, qui scriptione „Nachricht von der Religions-Veränderung in Hamburg etc. mentem suam satis aperuit, Joachimus

maximi momenti esse videtur, quoniam non solum diversa Catholicorum et Evangelicorum dogmata, sed etiam diversam eorum argumentationem ad dogmata probanda demonstrat. Refutantur disertis sacrae scripturae dictis ab Evangelicis argutiae illae, quibus Bustorpius communionem sub una ex superstitiosa corporis et sanguinis unitate defenderat. Id praecipue evincunt, hanc Bustorpii de sacra coena sententiam neque cum disertis sacrae scripturae dictis, neque cum antiquae ecclesiae disciplina et institutis posse conciliari; sacramentum omnibus christianis esse institutum, neque ecclesiae auctoritati, sed Christi verbis, unde illa originem traxerit, fidem esse habendam. Perversum esse illud Catholicorum dogma de justificatione, qua hominem justum fieri non per solam fidem, sed bonis operibus faciendis constituatur.*) Sic evangelii praedicatores primarium illud reformationis dogma, quo materiale ejus principium continetur, de justificatione sola fide in Jesum Christum consequenda amplexi, omnem divinae gratiae circumscriptionem rejecerunt, ne homines de meritis suis gloriarentur,**) persuasum habentes, divinam huic dogmati inesse vim atque efficaciam, qua hominum animi ad humilem judicandi sentiendique rationem, ad in-

---

Elwhoff sive Ellerhoff, coenobii Mariae Magdalenae Guardianus, quem Kempius „de denn der Sacke nicht öuel menede" significat, M. Fridericus Henninges, Pastor ad aedem St. Petri, evangelicae doctrinae non infestus et Joachimus Fischbeckius, Pastor ad aedem Sanctae Catharinae.

*) Confessio Aug. Artic. IV. p. 10 (ed. Hase) „Item docent, quod homines non possint justificari coram Deo propriis viribus, meritis aut operibus, sed gratis justificentur propter Christum per fidem, cum credunt se in gratiam recipi et peccata remitti propter Christum, qui sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat Deus pro justitia coram ipso. Rom. III et IV.

**) Apolog. Confess. p. 74. Sola fide in Christum, non per dilectionem, non propter dilectionem aut opera consequimur remissionem peccatorum, etsi dilectio sequitur fidem etc.

ternam quietem et ad vitae aeternae salutem jam his in terris percipiendam componerentur.*)

Re a Consule Magnifico Dirk Hohusen in curia publice proposita et convocationis causa fusius enarrata, Bustorpius vitae suae probitatem causatus, dogmatum quae proposuerat formulam esse catholicam et vere christianam affirmavit, sed disputationem cum Evangelicis detrectavit, et patrocinium Molleri aliorumque Doctorum, qui causae agendae subvenirent, imploravit. Jam causam Bustorpianam agere suscipiunt Mollerus et Langenbeckius.**) Quae a Bustorpio de satisfactione prolata essent, eo sensu accipienda esse Mollerus statuit, ut ad pietatem essent referenda. Verba illa esse dicta ad plebem a vitiis deterrendam, ne homines ad falsam securitatem seducerentur,***) atque a bonis operibus perpetrandis averterentur.†) Protulit igitur malitiosam illam et scholasticam interpretationem, qua veram justificationis per solam fidem accipiendae naturam sub quadam veritatis specie apud inscios impugnaret. Quae autem a Bustorpio contra communionem sub utraque instituendam dicta essent, totius ecclesiae conciliorumque auctoritate satis confirmata

*) Ibid. p. 75. Si penderet res ex meritis nostris, incerta et inutilis esset promissio, quia nunquam constituere possemus, quando satis meriti essemus. — Proinde non patiantur se bonae mentes depelli ab hac sententia, quod tantum fide accipiamus remissionem propter Christum, in hac habent certam et firmam consolationem adversus peccati terrores et adversus aeternam mortem et adversus omnes portas inferorum.

**) De Hermanno Langenbeckio J. U. D. a patre Consule distinguendo fusius disputavit Staphorst l. l. p. 31.

***) Gieseler über die Bedeutung der Lehre von der Rechtfertigung durch den Glauben für die Sittlichkeit, in lib., Zeitschrift für gebildete Christen der Evang. Kirche. 1823. Fasc. II.

†) Nitzsch, Eine protestantische Beantwortung der Symbolik von Doctor Möhler. Dritter Artikel, von der Rechtfertigung. Stud. und Kritik. 1834. Fasc. III, p. 54 sqq.

et munita esse respondit, ut fideles, quicunque sanctae ecclesiae obtemperarent, ejus canonibus obstringerentur. Cui sententiae quum ceteri Pontificii communi consensu sese addixissent, atque Doctor Hermannus Langenbeck pronuntiasset, viros in ecclesiae conciliis congregatos communionem sub una esse administrandam spiritu sancto duce ex promissione Jesu Christi Matth. XVIII constituisse, triumviri evangelici non in hac argumentatione acquiescendum esse arbitrati id affirmarunt, homines, nisi Christus pro peccatis mortalibus mortuus sit, non ad veram poenitentiam posse redigi, alioquin non ad consolationem, sed ad desperationem esse perventuros.*) Sic Christi mortem solum gratiae et remissionis peccatorum fontem esse demonstrant, ut, si quis peccata mortalia perpetraverit et vera poenitentia contritus ad Christum sese receperit, gratiam assecuturus sit.

Jam Consul Magnificus, dum evangelici praedicatores hanc doctrinam salutiferam exposuerunt, medium sermonem interpellavit et divinam doctrinae veritatem, cujus cognitione gravius commotus erat, sincere agnovit. Tum evangelii praedicatores, ut concilii Constantiensis omniumque conciliorum auctoritatem in sacrae coenae ritu constituendo rejicerent, ad diserta Christi et Pauli apostoli verba, ad Cyprianum, Augustinum et Thomam ceterosque per tot saecula ecclesiae praeceptores ne verbo quidem communionem sub utraque impugnantes provocarunt, neque ecclesiae auctoritatem esse agnoscendam dixerunt, nisi Christi pastoris voci obtemperetur.

*) Form. Concord. p. 683. ,,Hic articulus de justitia fidei praecipuus est (ut Apologia loquitur) in tota doctrina christiana, sine quo conscientiae perturbatae nullam veram et firmam consolationem habere aut divitias gratiae Christi recte agnoscere possunt. Id D. Lutherus suo etiam testimonio confirmavit, cum inquit: Si unicus hic articulus sincerus permanserit, etiam christiana Ecclesia sincera, concors et sine omnibus sectis permanet; sin vero corrumpitur, impossibile est, ut uni errori aut fanatico spiritui recte obviam ire possit.

Attamen Bustorpius concionem a se habitam publice retractare recusavit, neque falsa esse, quae dixerit, si ad poenitentiam referrentur, confessus est. Interea praelectis Bustorpii literis Mollerus ipse graviter admonitus, ut conscientiam suam religiose servaret, Bustorpianam de Christi merito doctrinam manifeste haereticam esse non infitias ire potuit. Tum autem Consul Magnificus sententiam dixit, atque Bustorpio injunxit, ut opiniones istas haereticas retractaret. Ille, primum quidem dubius haesitans, amico M. Joanne Kloeth, rei publicae Secretario suadente, se dicta sua esse revocaturum pollicitus est. Quibus promissis demum septem annis praeterlapsis stetit, postquam anno millesimo quingentesimo vicesimo octavo plebiscito urbe ejectus, ea conditione, ut doctrinam, quam olim proposuerat, retractaret, in urbem receptus est.*) Atque in eodem conventu Sacellanus ille ad aedem D. Nicolai, qui eorum, quae perperam ab eo dicta et facta erant, frustra rationem reddere studuit, Zegenhagio Pastore ad hanc aedem non reluctante, ne causam ejus probare videretur, munere suo remotus est.**) Omnia alia in hoc conventu integra relicta sunt, quum demum anno sequente ultimi discriminis tempus adventaret.

Paucis mensibus post die decimo sexto m. Augusti 1527 ordinatio aerarii, quo pauperum et aegrotorum inopia stipe collata suble-

---

*) Post hanc palinodiam Dominica Reminiscere anno 1534 factam et post fidem datam, se in posterum doctrinam Lutheranam non esse impugnaturum, munere Pastoris ad aedem Cathedralem et Lectoris secundarii usque ad annum 1540, quo obiit, functus est. cf. Fabric. Memor. II. p. 903. Cimbr. Liter. I. p. 82. Hamelmanni Part. II. historiae ecclesiast. evangelii renati in Opp. histor. p. 948—962.

**) Auctore Rethmeyero, Braunschweigische Kirchen-Historie III, 130. Staphorst l. l. p. 37 conjectura assecutus est, praedicatorem illum ad aedem D. Nicolai fuisse Joannem Oldendorpium, (alias Joannem Oldens), qui evangelii causa urbe nostra expulsus a Brunsvicensibus reciperetur, atque a Pastore ad aedem Sancti Magni diaconus assumeretur.

varetur, a Nicolaitanis constituta est,*) cui administrando delecti sunt duodecim cives,**) quos maxima ex parte in enarrandis iis, quae prioribus annis a civibus acta sunt, jam commemoravimus.***) Quae quidem ordinatio multas res ecclesiasticas imprimisque parochiarum scholarumque administrationem disposuit, atque clericorum jura atque monachorum disciplinam accuratius descripsit. Neque minus haec ordinatio clericorum aliorumque ecclesiae ministrorum eligendorum jus Capitulo Cathedrali et Scholastico Hamburgensi detraxit, et ad paroeciae cives detulit. †) Atque die decimo octavo m. Decembris haec ordinatio Senatus et Civium decreto confirmata est, ut paullo post ex ipsius norma etiam tribus reliquis urbis paroeciis pauperum aeraria conderentur.

Sed priusquam ad annum millesimum quingentesimum vicesimum octavum accuratius inspiciendum et adumbrandum transeamus, hic non praetermittendum esse putamus, Kempium circiter festum D. Michaelis 1527 in majorem arenam esse vocatum, quippe qui ad

---

*) Gottes Kasten-Ordnung. Anfang der Kisten, so tho Underholdinghe der Armen in Sunte Nicolaus Kercken binnen Hamborch gestellet is. ap. Staphorst l. l. p. 112.

**) Joachim van der Vechte, Jochim Möller (cf. Jo. Frederi carmen in laudem Hamburgi ap. Fabric. Memor. Hamb. I. p. 13), Joachim Wegedorn, Hans Wetken, Frederik Ostra, Claus Hartiges, Warneke von Barghen, Kordt Lampe, Hans Schröder, Kordt Meyneken, Dithmar Kohl et Hans Paell.

***) p. 48.

†) Inspiciendus est hujus ordinationis articulus undecimus: Van Erwelinghe des Karckheren, Capellan, Prediger, Scholemester vnde ander Karckendener etc. Pariter maximi momenti esse videtur articulus decimus quartus, quo scriptura sacra salutis aeternae fons tanquam omnis disciplinae scholasticae fundamentum significatur, atque Lutheri scriptio „Unterricht der Visitatoren zu Sachsen an die Pfarrherrn von Doctor M. Luther.“ studiose commendatur „de Scholemester myth synen Hulperen schall sick ock richten na deme dat geschreuen steit van den Scholen in Boke dat dusszen Tytel hefft, Vnderricht der Visitatorn tho Szasszen.“

munus Pastoris ad aedem Sanctae Catharinae obeundum rite eligeretur.*) Nam ad eum missi sunt duo senatores cum civibus sex, qui munus illud ei mandarent. Quod libenter Dei nomine, qui hoc beneficium in eum contulit, suscepit. Ceterum comperimus ex Molleri enarratione fuisse Henricum Davoerde et Tilonem Anckelmann (Toel Nangkemann), viros satis notos, qui ad Kempii vocationem consequendam plurimum facerent.**) Quae res, quum Kempius paullo ante uxorem duxisset, eo gravior esse videtur, quo magis liberiorem judicandi rationem jam apud cives usitatam neque ullo praejudicio captam demonstrat.***)

Bustorpii clades quamquam primo admodum movit Pontificios, tamen quia commodorum suorum cura prior potiorque erat, nihil in Evangelicorum obtrectatione mutatum est. Saepius ex suggestis sacris evangelii praedicatores quasi haereticam doctrinam docentes increparunt. Ii autem, ne Amplissimum Senatum crebris objurgationibus fatigarent, temporis opportunitatem exspectare satius duxerunt. Nec diu res in pacato mansit, ac res publica novo tumultu exarsit. Anno sequente quum Dominicanus quidam Henricus Rensburgius

---

*) Thraciger ad annum 1527. Anno 27 wurd er Steffan Kempe erwehlet zum Pastoren zu St. Catharinen, da verliess er das Kloster und die Kappen.

**) Kempius ipse in enarratione sua civium nomina reticet, sed Mollerus utrumque diserte nuncupat „Steffan von Kempe vorlopen uth der grauen Kappen binnen Hamburg vnd gesettet vor enen Pastorn tho St. Catharinen dorch Forderung der Karckschwarn Hinrich Davörde, hyllyge Lichnamsschwaren sammt den andern Börgern, welke begrepen vnd beseten sind mit der vermaledeiden Secte Martin Luthers, ock verlopenen Mönnick, de leider de gantze Welt vergifftet hefft mit sinen Venin vnd Betregerie, alse sine Schrifften vermelden.

***) At Pontificii Kempii conjugium summo opprobrio ei verterunt. cf. Helvaderus, Sylvae Chron. P. II. p. 80: „Stephan Kempe wirfft die Münchskappe von sich, nimpt ein Marliszke bey der Hand, und wird bald darnach Pastor zu S. Catharinen Kirche in Hamburg.

ex coenobio Joanneo magnae hebdomadis feria quarta vel quinta*) communionem sub utraque perniciosum esse errorem significasset, atque calicem e coena sacra esse auferendum discipulorum Christi in vicum Emauntem proficiscentium, quibus Christus ipse solum panem fractum distribuisset, exemplo probasset, Kempius, quo scandalum tolleretur, eum ex cathedra sacra postridie refutavit. Tum monachus ille se Lutetiae, Lovanii et Coloniae in utramque partem esse disputaturum vel, si quid scripto consignatum sit, cum eo acturum respondit Quum igitur Rensburgius civibus duodecim, qui dicta a Kempio perscripta ei deferrent atque ex eo quaererent, an ab eo essent prolata, se ita docuisse, neque tamen cum Kempio sive scripto sive sermone acturum esse perhiberet, Kempius ipse caeterique evangelii praedicatores falsa illa doctrinae capita publice redarguerunt, idque a Senatu impetrarunt, ut concionandi licentia ei detraheretur.

Jam vero ad unum omnes diras preces fundere, volitare in foro, stare ad curiam, omniumque animos irritare, ut mox in coenobium D. Joannis die Jovis ante Misericordias Domini circiter quadraginta octo cives convenirent,**) ex quorum numero octo legati, qui de his

*) Kempius: am guten Donnerstage edder Middeweken. Saepius feria sexta sanctae hebdomadis a scriptoribus ecclesiasticis ob salutem hominibus allatam bona vocatur, unde quidam significationem verbi Char-Freitag a voce charus vel carus non satis apte derivent.

**) Chronicon illud Hamburgense supra laudatum ipsa civium nomina satis digna, quae hic perscribantur, recitat: mit nahmen genömet wo folget: Jürgen van Seuen, Wilhelm Böding, Dirch Faszmer, Jochim Meyer, Johann Kop, Hinrich Rewlrey (Renelrey?), Hannsz Brusehafe, Hinrich Bruncke, Doct. Johann Möller, Hannsz Stall, Harmen Jürgens, Jürgen Karstens, Elert van Bargen. Simon Ruter, Deetloff Forste, Harmen Langermann, Jacob Zelle, Hannsz Meynerszen, Dyrich van Bargen, Hannsz Ebeling, Helmeke Hoyers, Henning Sesemann, Meist. Johann Sesemann, Hannsz Meyer, Lüteke Spielbohm, Marcus Dibberen, Dirich Hinschen, Henning Holthusenn, Wolder Polemann, Marten Nygemann, Hannsz Wydenbrügge, Hannsz Polemann, Matthias Block,

rebus agerent, ad Senatum mitterentur.*) Residebat autem ingens periculum et inclusum erat in venis atque in visceribus rei publicae, quo, nisi providentia divina urbi nostrae benigne consuluisset, nefaria conjuratione ad funestissimum interitum protrusa fuisset. Neque infitias ibimus, nobis enarrationem de tanta pernicie et exitio, quod urbi nostrae immineret, anonymi cujusdam auctoritate stabilitam**) fide fere destitutam esse videri, praesertim quum Kempius hanc conjurationem ne verbo quidem tetigerit, atque rumores inde fortasse exortos consulto praeterierit.***) Id veritati propius esse existimavi, eam suspicionem levi scrupulo injecto apud nonnullos enatam et postea latius esse sparsam et divulgatam. Jam vero quum novus testis a nobis accuratius examinandus et respiciendus, cujus testimonio multae res, quae nondum innotuerunt, fusius uberiusque adumbrantur, ad antiquum illum satis notum accedat, rem omnino extra ullam dubitationem positam esse videtur.

Scilicet Joannei homines, ut ex coenobio D. Joannis, quo conveniebant, vocabantur, perversis opinionibus obstricti et pio quodam

---

Zyle Flibbe, Cordt van Laken, Herder van Steue, Hannsz Hasenkroch, Cordt Parle, Hinrich Röuer, Jacob Frame, Jacob Wolders, Harmen Möller, Hinrich Fricke, Karsten Frese, Meincko Blancke, Marcus Frese, Hinrich Alers, Geuert de Bartscherer, Clausz Fasze, Bernd Jesz, Harmen Borgentrick, Dirch Borgentrich, Hannsz Möller de Ryke, Luder Golle, Clausz Wolders.

*) Ex enarratione Chronici cujusdam MS. auctore anonymo sexaginta octo cives fuerunt, Kempius autem quadraginta octo fuisse significat.

**) Scriptio, quam modo respeximus, est: Nachricht von dem misslungenen Anschlag der Papisten wider die Lutheraner ap. Staphorst. P. II. Vol. I. p. 125 sq. et Sammlung einiger Evangelischen und Päbstischen Geschicht-Schreiber, welche die Hamburgische Reformation in Nieder-Sächsischer Sprache beschrieben, ins Hoch-Teutsche übersetzt. Frankf. und Leipz. 1728. P. II. p. 51 sq.

***) Alludit certe huic rei disertis verbis Kempius „item wat geruchts dat mahl leph, ga ick alles vorby.

furore obcaecati et abrepti seditionem perniciosam excitare studuerunt, atque homines inscios nec, quid sibi velint, intelligentes ad rem deliberandam advocarunt.*) Ex variis locis urbis in coenobium curritur. Ibi omne tempus consultando absumunt, quo tumultum conflent et vim repentinam commoveant. Rumores inde in plebem gliscere coeperunt, rei publicae salutem periclitari, tecta urbis et vitam civium ad exitium et vastitatem vocari, quin etiam caedem Evangelicorum et urbis incendia ab Joanneis esse flagitata. Ac profecto intestinam hanc perniciem rei publicae molientem videmus. Fuit etiam Henricus Salsborg Consul Magnificus, qui, superstitioso ecclesiae catholicae amore agitatus, consilia cum Joanneis conferret, atque alios quoque senatores in auxilium vocaret.**) Is jam prius inter sermones magnis minis evangelii praedicatores et cives evangelicae

---

*) Chron. Hamb. supra laud. De meiste hupe auerst düsser vorgeschreuen sind dar im rechten vnuorstande hengekamen vnd hebben nicht gewehten van ehren handel wat se auerst gehandelt vnd wo se acht borger an den Raht schickeden, vnd ock des Sonndages wedder starcker tho samende quämen, dat schach alle darvmme, dat de Papen vnd Mönnecken de auerhand scholden hebben vnd de de warheit beleueden scholde tho nichte werden. Derhaluen hadden se etzliche personen des Rades tho hülpe vnd indsunderge den Borgermeister Herr Hinrich Saltzborg tho hülpe, de doch in collation manket anderen worden gesecht hadde, man moste de Zizania vthracken. Men moste etzliche Börgerköppe an der müren lopen lathen, dar tho hadde he ock den Predicanten secht: gy herrn, gy lathent juw predigent nicht ehr, dat dar wo 400 effte 500 vp dem rügge liggen.

**) Ibid. Darup hadde he ock vp dominicas domini sinen Broder bescheden, dat he scholde bestüren, dat de Klockrep tho Sunte Nicolai worde vpgetagen, he hadde bestüret hir binnen tho kamende vp dominic. domini 7 bödels, de hir ock do weren, dartho hadde he ock de rydendeners bescheden thohope vp eine vnwantliche stede, dartho was ock bestürt mit den Billwärderen vnd Ossenwerderen volck, dat de scholden wach syn, wen ehn tho entbaden worde." Quae in hac Chronici nostri enarratione conveniunt cum iis, quae Staphorstius (Nachricht von dem misslungenen Anschlag der Papisten etc.) de hac nefaria conjuratione fere iisdem verbis jam typis excudi curavit, consulto praetereo, ne satis nota et divulgata praeter necessitatem repetere videar.

doctrinae addictos insecutus est, eos, nisi ab evangelio praedicando et a doctrina evangelica profitenda abstinerent, capite esse mulctandos. Evangelicorum caedem et urbis direptionem ab asseclis ejus fanaticis esse constitutam satis constat. Quam in rem delectos esse tradunt septem carnifices, qui in nocturna seditione curiam domosque Evangelicorum, fune, quo incendii tumultus excitari posset, in turri Nicolaitana, consciente et jubente Alberto Salsborgio, sancti corporis Christi jurato, subducto, cum gladiis obsiderent, atque urbem quatuor in locis incenderent. Conjurati id tum eventurum esse sperabant, ut publici famuli equitantes plebem ad incendium irruentem equorum impetu prosternerent et trucidarent. Reperti etiam sunt homines, qui se illa ipsa nocte in domos optimatum, qui doctrinae evangelicae adhaererent, irrupturos, eosque in lectis interfecturos esse pollicerentur. Cujus rei quum fama in urbem esset perlata atque conjuratorum voluntas ab aurifabro, patrandi facinoris conscio, indicata esset, cives evangelici, nocte illa etiam tenebras opacas offundente, domos majoribus praesidiis, nautis aliquot adhibitis, lucernis ad fores accensis, muniverunt et firmarunt, ut ipsorum securitati consulerent. At divina providentia nefandum illud scelus tum agitatum sua benignitate, ne perpetraretur, prohibuit, atque improborum effrenatam odii cupiditatem ac furiosam irritam reddidit.

Harum rerum nuntiis ad omnes Evangelicos allatis, ut nefarios hos conatus amicorum consilio et praesidio, nullo tumultu publice concitato, comprimerent, neque ad sollicitam suspicionem removendam ignave et quiete versarentur, illi postero statim die ex omnibus urbis paroeciis frequentes in domum Eimbecensem et in locum, qui Roden Tollen significatur,*) convenerunt, non hastis vel ligonibus

*) Richey l. l. p. 69 de loco Roden Tollen haec disputavit“ Quae autem origo „des Roden Tollen“ cognosci poterit ex actis illorum temporum, quibus Hamburgenses ex oceano

armati, quod ab adversariis passim sparsum et divulgatum erat,*) sed habitu civico, quo ecclesiae et forum frequentari solebant, ut de periculo publico ad consilium publicum rem integram deferrent. At Senatus Amplissimus, quem rei explorandae causa adierunt, nullam de his rebus famam ad se pervenisse affirmavit. Tum Cives nonnullos doctrinae articulos sacrae scripturae placitis repugnantes, a Pontificiis catholicae formulae addictis praedicatos Senatui tradiderunt, atque omnes urbis nostrae praedicatores, ne interna seditio et repentinus motus denuo exorirentur, rursus in quoddam concordiae vinculum esse redigendos existimarunt.

Re studiose deliberata et consentiendi necessitate perspecta, Senatus et Cives concordibus juncti animis diem proximum dixerunt, quo concionatores ad unum omnes in curiam citati in publico Senatus Civiumque conventu doctrinae, quam praedicaverant, capita ex

---

sustulerunt. Nicolaum Kniephovium, piratam famosissimum: quam in rem effusi sumtus ne soli aerario communi graves essent, mercatorum nostrorum erat, temporaria aliqua impensa redimere redditam sibi securitatem.

*) Ibid. Dut kregen de borger tho wehten (: de men do de Evangelischen nömede) vnd quamen darauer den Mandag na Jubilate anno 1528 tho samende vp den Roden Tollen vnd vp dat Eimsche Husz (sic etiam Kempius ap. Staphorst l. l p. 56 et Mollerus l. l. p. 74 „vp den nien Saal hinder dem Eimschen Huse vnde Rahthusz vnde Roden Tollen") vnde wolden wehten, wo se mit dem Rade daran stunden, vnd wat düsse vorgeschrevenen stücke bedüden, wo se de van dem Rade vorstan scholden. Darup sich ein Erbarer Raht entschuldigede vnd nichtes vom dessen stücke wetende. Do hebben de borger hervorgetagen etliche Articul, de van den papen predigern geprediget weren, vnd van den anderen dren predigeren (de Evangelischen) alsze Herr Steffan Kempe Past. tho Sunte Catharinen, Herr Johann Zegenhagen Past. tho Sunte Nicolai, Herr Johann Fritze Past. tho Sunte Jacobi gesecht, dat de articuli der hilligen schrifft weren [tho wedder weren]. Darup den dag so vele gehandelt, dat des negstfolgenden Dingstages alle Papenprediger, dartho ock de anderen prediger, mosten vp dat Rahthusz vnd Roden Tollen vnd Eimsche husz kamen.

sacra scriptura probarent, ut, si qua pars placita sua non divini verbi auctoritate evicerit, igiturque ipsum verbum divinum non praedicaverit, alteri cederet et urbem relinqueret.*) Illuxit dies urbi nostrae gravissimus quo civium frequentia, quum ne curia quidem eorum multitudinem capere posset, in locum cujus nomen est Roden Tollen et in domum Eimbecensem se contulit, ut de colloquii eventu certior fieret.**) Aderant autem ex Pontificiis doctores et sacerdotes octo Bartholdus Mollerus, Lector primarius ad aedem Cathedralem, Doctor Henricus Wendt, Prior coenobii St. Joannis, Henricus Rensburgius, Sub-Prior coenobii Joannei, monachus Dominicanus, Fabianus Lubecensis ex ordine quoque Praedicatorum, M. Fridericus Vullgreve et M. Henricus Schröder, Pastores ad aedem Cathedralem, M. Matthaeus***) sub Crypta (vnder der Klufft) et Jodocus (Jost) Siffridi, Pastor ad aedem St. Spiritus, ex Evangelicis quatuor Kempius, Zegen-

---

*) Ibid. Anno 1528 des Dingstages na Philippi vnd Jacobi do was de Raht van Hamborg mit den borgern twespeltig vmme der predicanten willen, darumb se do sulvest vp dat Rahthusz mosten thohope kamen vnd dar apenbar vp düdisch disputiren, dat warede van des morgens de klocke achte beth tho des morgens de klocke veer vnd de borgern weren vorsammlet vp dem Eimschen husze vnd de evangelischen predicanten wunnen den papen aff, derhalven der papen 6 mosten vth der stadt by schinender Sonne.

**) Ibid. des Dingstages na Jubilate anno 1528 tho 7 de klocke na velem affwysende kämen de predicanten mit den papen tho disputerende van dem hochwerdigen hilligen sakramente, tho entfangende in utraque specie vnd van anropinge der hilligen, van dem ehestande, so dat de papen ehre articul, de se geprediget hadden, ein part vorsakeden vnd ein part mit hilliger schrifft nicht beweren konden vnd ein part sich berepen in Universität tho disputerende vnd doch en nicht batlich, se worden auer gewunnen.

***) Matthaeus Rector sub Crypta (Rector und Pfarr-Herr under der Klufft) ita nuncupatus a sacello subterraneo, quod erat in aede Cathedrali sub Choro. cf. Staphorst l. l. p. 5. Suffectus est Matthaeus in locum Eggenhardi von Stöcken, qui anno 1514 diem supremum obiit.

hagius, Fritzius et Conradus Lunszmannus Pastor ad aedem St. Mariae Magdalenae.*)

Congregatis igitur in curiam Pontificiis et Evangelicis Henricus Salsborg Consul Magnificus**) benevolam Amplissimi Senatus mentem ad dissidia, quae in urbis perniciem aliquamdiu serpserant, tollenda exposuit, et colloquii consilium indicavit, ut, praelectis doctrinae articulis controversis quisque eorum rationem redderet. Postquam igitur doctrinae capita, quae falsa esse et scripturae sacrae non consentanea evangelii praedicatores Senatui scripto consignaverant, exposita erant, Mollerus, sermone cum suis instituto, haec doctrinae capita universe quidem a Catholicis esse praedicata, nec tamen his ipsis verbis esse pronunciata concessit, unde articulorum exemplum sibi exhiberi rogaret, ut, quid ipse dixerit et quid ei obtruderetur, quisque intelligere et perscribere posset. Se promtos paratosque esse ad unum omnes non solum Senatui Amplissimo, verum etiam totius orbis christiani principibus ad litem dirimendam tradere apologiam, qua omnes, an recte docuissent nec ne, satis cognoscerent; ceteroquin aliorum hominum de his rebus judicium plane esse rejiciendum. Quo quidem dicto Mollerus cives de ecclesiae catholicae formula disceptantes haud occulte notari voluit. Speraverat enim Mollerus, fore, ut hac conditione proponenda causam caute duceret, et instans Pontificiorum periculum sapienter evitaret. Nihilominus autem quum Jodocus Siffridi Pastor ad aedem St. Spiritus excusationem afferret, atque se quaestiones controversas tractasse nega-

*) Conradus Lunse vel Lunszmannus ex ordine Minoritarum anno 1527 in Kempii locum successerat.

**) Hinr. Salsborg, Dr. Sen. 1522. Cons. 1523. resign. 1531. obiit 1534. cf. Wilkens Hamburgischer Ehren-Tempel, p. 11 sqq.

ret,*) Mollero hac de re iracundia exardescente, disputatio continuata est.

Sed quamvis Consul Magnificus, sub cujus auspiciis disputatio suscepta erat, placitorum in dubitationem vocatorum exemplum, ut res ad academias deferretur, Pontificiis exhiberi aequum existimasset, quod Evangelici quoque non improbaverant, atque in hac re gravissima Senatus et Cives judices exsistere non posse dixisset, tamen rei differendae periculum subesse Civibus visum est. Id quoque ingenue et praeclare affirmarunt, neque a Senatu Amplissimo, neque a Civibus rem propositam posse dijudicari, judicium esse solum penes Dei verbum, quo, quicunque id ipsum sancte servaverit vel ab eo impie defecerit, mox declaretur. Atque quum Consul Magnificus evangelii praedicatoribus diceret, se non videre, quomodo sine judice sententia ferri posset, illi idem responderunt, atque in memoriam omnium revocarunt edictum illud, quo anno millesimo quingentesimo vicesimo sexto omnes urbis concionatores purum Dei verbum praedicare a Senatu juberentur. Ipsos fecisse demonstrant, quod mandatum iis praeceperit; nunc videndum, an adversarii quoque Senatus mandato satisfecissent. Re igitur rursus deliberata, Consul Magnificus decretum promulgavit, ut ex Senatus et Civium pacto dogmata proposita ex sola verbi divini norma essent dijudicanda.

---

*) Praeter Kempium Mollerus, Nachricht von der Religions-Veränderung l. l. p. 73 de Siffridio refert „Herr Jodocus Siffrid Pastor dasülvest, de sick des verlecht hefft, vnd sick entschuldiget van dem Predig-Stohl am Dage Georgii, dat he sodane Materie nicht gepredigt hefft, oock vppe de Dage, dar dat Evangelium vorlecht vnd geprediget werdt, nümmer gepredigt hefft, darümme es ehnen dat overgedichtet, vnd vth Haet ehme togeschreven sy, so he sick dar apenbar beropen hefft van dem Predig-Stol am Dage vorberört in demselbigen Jahr 28.“

Adumbremus autem paucis praecipuos errores ab Evangelicis in dubitationem vocatos, atque ne Kempii enarrationem repetere videamur, argumentorum capita a Pontificiis prolata breviter examinemus, ut, utrum eorum fundamentum in sacra scriptura positum sit, an debile et infirmum labefactari queat, paullo accuratius intelligamus. Atque ne de iisdem ecclesiae catholicae placitis bis eadem proferamus, ea, quae in colloquio superioris anni enarrando et exponendo jam supra monita sunt, hic respicienda esse apparet. Primum Pontificii fere omnes, quorum agmen duxit Bartholdus Mollerus, cui Wendtius, Schröderus et Rensburgius sese addixerant, communionem sub una probarunt, atque institutioni apostolicae esse consentaneam evincere studuerunt. Provocat etiam Rensburgius ad Lucae XXIV, ubi scriptum est, quod discipuli agnoverint Christum in fractione panis, unde unam sacramenti partem tantum datam esse laicis consequatur. At si quis miretur, rationes tam futiles et inanes ad primariam hanc ecclesiae catholicae doctrinam probandam a Pontificiis Hamburgensibus in medium esse prolatas, monendum esse videtur, easdem levissimi momenti rationes duobus annis post a Pontificiis in ipsa Confessionis Augustanae Confutatione esse adductas, quibus doctrinam de communione sub una stabilirent,*) atque doctrinam de coena Domini sub utraque specie instituenda rejicerent.

Tum Mollerus in ipsa sua argumentatione, qua usus est, testem gravissimum attulit sanctam nimirum ecclesiam, veritatis divinae

*) Apolog. Conf. X. p. 233. Adversarii in Confutatione non hoc agunt, ut excusent Ecclesiam, cui adempta est altera pars Sacramenti. Id decuit bonos et religiosos viros. — Nunc ipsi defendunt, recte prohiberi alteram partem, et vetant concedere usum utriusque partis. Primum fingunt initio Ecclesiae alicubi morem fuisse, ut una pars tantum porrigeretur. Neque tamen exemplum hujus rei vetus ullum afferre possunt. Sed allegant locos, in quibus fit mentio panis, ut apud Lucam, [24, 35] ubi scriptum est, quod discipuli agnoverint Christum in fractione panis. Citant et alios locos de fractione panis etc.

columnam et fundamentum, cui, quum in concilio Constantiensi communio sub una sancita esset, obsequium esset praestandum. Jam Evangelici in hac argumenti conclusione refutanda non de ecclesia in utramque partem esse disputandum, sed potius quaerendum affirmant, an ille ipse et suis partibus addicti verbum divinum ex Dei jussu et secundum Senatus Amplissimi mandatum pure praedicassent. Ecclesiae et Spiritus Sancti auctoritate quasi praetexta multa posse tegi vel exornari, quae sancta illa ecclesia minime probaverit, omnia igitur pendere ex sacrae scripturae dictis.*) Non hanc ob causam ecclesiam vocatam esse columnam et veritatis fundamentum, ut nova quaedam ex ipsius arbitrio excogitaret et institueret, sed ut Dei verbum, quod acceperit, doceret et praedicaret. Itaque quum Mollerus in mente sua perseveraret, sibique in ecclesiae placitis acquiescendum esse diceret, Evangelici ad ea, quae in colloquio cum Bustorpio habito jam superiore anno acta erant, sese referunt, id demonstrantes, unam sanctam ecclesiam Dei verbo esse subnixam, ut oves unius pastoris vocem audiant et noscant, unde, si quis ex hujus pastoris stabulo exeat, pastoris vocem edere jubeatur, ne diaboli ecclesiae adnumeretur.

Jam disputatio Mollero tacente instituta est cum Henrico Wendtio, ex quo, quamvis multa alia placita scripturae sacrae repugnantia in medium protulisset, accurate quaereretur, cur hominem illum poenitentia contritum, qui ad Christum, in quo peccatorum remissio posita

---

*) Simili modo perversa ecclesiae notio a Pontificiis concepta refutatur in Apolog. Conf. IV. p. 150. Porro Christus, Prophetae et Apostoli longe aliter definiunt Ecclesiam Christi quam regnum Pontificium. Nec est ad Pontifices transferendum, quod ad veram Ecclesiam pertinet, quod videlicet sint columnae veritatis, quod non errent. Quotusquisque enim curat Evangelium, aut judicat dignum esse lectione? — Quare nos juxta Scripturas sentimus, Ecclesiam proprie dictam esse congregationem Sanctorum, qui vere credunt Evangelio Christi, et habent Spiritum Sanctum.

sit, confugerit, non absolvisset. Qui quum peccatorum veniam viro huic, quippe qui non confessus sit, non esse annunciatam diceret, evangelici praedicatores confessionem auricularem prorsus rejecerunt, neque divino jure hanc delictorum enumerationem in confessione esse necessariam existimarunt.*) Peccatorum remissionem minime pendere ex hac eorum confessione auriculari, ut, quatenus praedicatores peccatorum cognoscendorum occasionem haberent, peccata remittendi mandatum accepissent. Ille autem nulla argumenta in medium protulit, idque tantum affirmavit, se viro illi, non quia communione sub utraque usus sit, sed quia peccata confiteri noluerit, peccatorum veniam denegasse.

Rensburgius quum disputationis ordo eum tangeret, Consule Henrico Salsborg annuente, Latine dicere coepit, quasi de rebus, quae ad fidem et ecclesiam pertinerent, lingua vernacula loqui non deceret. Is concionatores evangelicos, qui ecclesiae auctoritatem parvi habuerunt, graviter increpuit, et apostolica auctoritate usus, quippe qui ad Matth. XVIII provocavit,**) diserte pronunciavit, eos, qui ne ecclesiae quidem obsecuti fuerint, perinde ac gentiles et portitores esse habendos. Aequum sibi videri, coena sacra ab ecclesia sub una instituta, sanctae ecclesiae auctoritati esse obtemperandum; quotquot sunt magistratus secundum Rom. XIII a Deo esse institutos, atque quum Caesarea Majestas et Amplissimus Senatus pariter mandassent, ut ecclesiae ritus et caerimoniae non abolerentur, iis esse obsequendos;

---

*) Conf. Aug. P. II. Art. IV. p. 27. plane eandem sententiam proponit: „Confessio in Ecclesiis apud nos non est abolita, non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis et absolutis. — Sed de confessione docent, quod enumeratio delictorum non sit necessaria, nec sint onerandae conscientiae cura enumerandi omnia delicta etc.

**) Matth. 18, 17. *Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.*

ceteroquin se colloquio non amplius immiscere posse, prohibente lege, ne res cum haeretico porro agatur. Tum evangelii praedicatores falsa, quae novus ecclesiae suffragator ex falsa et perversa Matth. XVIII interpretatione attulit, argumenta confutarunt. Non de ecclesia in loco sacrae scripturae allegato esse sermonem, sed de eo, qui rectiora monentibus pertinaciter non obsecutus sit. De obsequio magistratibus debito consentiunt quidem libentissime, sed Petri apostoli verbum inculcant, Deo potius quam hominibus esse obsequendum.*) Denique Evangelici haereticorum nomen ad eos transferunt, quorum doctrina non in firmo ac stabili scripturae sacrae fundamento posita sit. Rensburgius testimoniis scripturae sacrae satis perspicuis convictus, quum ad haec ne verbum quidem addere, neque de sanctorum invocatione, quam praedicaverat, rationem reddere posset, obmutuit.

Itaque conversa est disputatio ad Fabianum Dominicanum, qui necessitatem operum ad salutem docuerat, scilicet neminem ad salutem aeternam esse venturum, nisi qui Dei praecepta et mandata observaverit et perpetraverit. At Evangelici quum sola fide Dei gratiam et peccatorum remissionem hominibus dari persuasum haberent, doctrinam de peccatorum remissione poenitentia consequenda saepius a catholicae formulae asseclis et a Fabiano quoque prolatam refutarunt, atque sacrae scripturae dicta a Fabiano allegata,**) quae quidem poenitentiae necessitatem demonstrarent, neque tamen peccatorum remissionem ex poenitentia et animi contritione pendere probarent, rejecerunt.***) Inter haereses, quas Fri-

---

*) Act. 5, 29.

**) Ezech. XVIII. Luc. XIII. et Jer. XXXI.

***) Afferre placet exemplum satis memorabile, quantopere evangelii praedicatores Hamburgenses in singulis doctrinae partibus exponendis cum Reformatoribus conveniant. Apolog. Conf. IV. p. 112 „Redimuntur autem peccata per poenitentiam, id est, obli-

dericus Vullgreve pronunciaverat, placita quaedam de clericorum coelibatu proposuit, quem ex Pauli apostoli epistolis probare conatus est, quum dicta ejus de uxore spirituali et de liberis spiritualibus intelligi vellet. Sed Evangelici ex disertis apostoli verbis satis evicerunt, antistitem esse oportere unius uxoris virum, qui liberis gaudeat obsequiosis,*) ut nihil amplius nisi sensum mysticum et ecclesiae auctoritatem ad sententiam suam firmandam afferre posset. Matthaeus sub Crypta (under der Klufft) non ad Dei verbum, sed ad sanctam ecclesiam solummodo provocavit, ut, nulla ecclesia sine Dei verbo exsistente, sermones cum eo amplius conferri non possent. Denique evangelii praedicatores, postquam Henricus Schroederus, qui multa eaque gravissima haeresis capita de sacrificio missae, de communione sub una, de vi vigiliarum, missarum et operum bonorum ad aeternam salutem consequendam praedicaverat, non ita se praedicasse simulavit, nimium ei indulserunt, et post errorum retractationem veniam promiserunt.

Finito igitur colloquio quum adversa pars nihil nisi ecclesiae auctoritatem ad dogmata probanda praetexere potuisset, atque Pontificiorum doctrinam sacrae scripturae placitis non esse consentaneam apparuisset, deliberatione a Senatu et a civibus qui aderant selectis habita, hi Senatui sententiam aperuerunt, in illos septem concionatores, qui Senatus decreto anno millesimo quingentesimo vicesimo sexto promulgato non obtemperassent, ex lege esse animadvertendos; con-

---

gatio seu reatus tollitur, quia Deus ignoscit agentibus poenitentiam, sicut Ezech. XVIII [21] scriptum est. Neque hinc ratiocinandum est, quod ignoscat propter opera sequentia, propter eleemosynas: sed ignoscit propter suam promissionem his, qui apprehendunt promissionem; nec apprehendunt, nisi qui vere credunt, et fide peccatum vincunt et mortem.

*) 1 Tim. 3, 2 sq.

tentos tamen fore, si certe in duos exsilii poena constituatur, Henricum scilicet Rensburgium et Bertholdum Vathauerum,*) praecipuos rei publicae turbatores civiumque corruptores. Ceterum ut reliqui publica erroris retractatione ea, quae praedicassent, revocarent et ab orationibus sacris habendis abstinerent, flagitarunt, excepto Bartholdo Mollero, qui eximia doctrina animique gravitate et moderatione apud omnes plurimum valuit, nec non Fabiano Lubecensi, quibus concionandi licentia concedebatur. Res quum ad multitudinem civium in domo Eimbecensi consultantium emanasset, hi iracundia exarserunt, atque in omnes Pontificios severius statui postularunt.**)

Tum Patres, quorum nomina Chronicon illud Hamburgense saepius laudatum nobis exhibet, scilicet Otto Bremer,***) Albert

*) Moller, Nachricht von der Religions-Veränderung etc. l. l. p. 75 „De ander is genömet Herr Barthold Vathauer (Kempius: Vathover) von Göttingen bördig, Vicarius tho Sunte Catharinen vnde Commendiste tho St. Nicolaus Kerken, cf. Staphorst P. I. Vol. III. p. 672. 708.

**) Chronicon illud supra laudatum „Do se nu auerwunnen weren, do wolden de Borgere vp den Roden Tollen, dat de auerwunnen Papen scholden vom dem Predigstole wedderropen, dat se vnrecht gelehrt hadden, edder se scholden thor stadt vth. Darvp de Erbare Raht handelde twischen de Borgere vp den Roden Tollen vnd den Papen. Dusse handel vordrot den Borgeren vp dem Eimbschen huse vorsamlet vnd boden den Borgeren vp dem Roden Tollen tho: Wolde de Raht nen Ende mit den auerwunnen Papen maken, so wolden se kamen vp dat Rahthusz vnd wolden ein Ende darran maken, se dachten alle Dage dar nicht vmme tho hope tho kamen. Do dut ward dem Rade angesecht, darvp de Raht darhenne senden Herr Otto Bremer, Herr Albert Westede, Herr Johann Wetken, Herr Johann Rodenborg, dartho 8 Borgere mit sick nehmende Herr Steffan, dar do thomale grot ropent was vp de auerwunnenen Papen. Thom latesten ward so vele gehandelt, dat 5 scholden des negsten Dages thor stadt vth by sonnenschin vnd de andern scholden wedderropen vnd vordan predigen vnd Doctor Wend, Hinrich Schröder, Herr Jost, de scholden wedderropen vnd vordan nicht predigen, de dut nicht dohn wolden, de scholden mede thor stadt vth.

***) Otto Bremer Sen. 1523. obiit 1529. cf. Ritzenbergii epitaph. ap. Fabric. Mem. Hamb. I. p. 98.

Westede,*) Joannes Wetken,**) Joannes Rodenborg,***) Kempio et octo civibus adhibitis, ad sedandos tumultus civiumque animos placandos eo se contulerunt, atque civibus congregatis suaserunt, ut rem dirimendam Senatus arbitrio tribuerent. At cives in eo sibi acquiescendum esse existimarunt, ut in Pontificios Dei verbo superatos gravior poena decerneretur, quum Pontificii in evangelii praedicatores, si inferiores discessissent, neque causa stetissent, certe gravissimum supplicium acerbissime statuissent. Interea Kempius, postquam Senatores de scena decesserant, denuo leniter et benigne cum civibus agendo profecit, ut in singularum paroeciarum conven-

---

*) Albert Westede Sen. 1518. Cons. 1533. obiit 1538. Is cum consule Paulo Grote et Hermanno Röver Protonotario anno 1532 Hafniam ablegatus est, qui rei publicae nomine cum Friderico rege pactum iniret. Idem cum Doctore Aepino et Henrico Hesterberg celeberrimam illam ad Heuricum regem legationem in Britanniam suscepit, ecclesiae evangelicae studiosissime addictus cf. Ritzenb. l. l. p. 103. "

Ille sed in Christo vivit, quem semper amavit
Et mundum vili pendit, habetque bene.

**) Joannes Wetken Secret. 1508. Proton. 1523. Sen. 1527. Cons. 1529. resign. 1533. obiit 1538. Is Bartholdi Molleri auspiciis Rostochii literis operam dederat, unde Joannes Mollerus in eum (welker heft in velen Stücken verrädelicken by eme gehandelt, dat he doch nene Worde hebben wolde. l. l. p. 79) ob mentem suam doctrinae evangelicae propensissimam acerbe inveheretur. Bugenhagium in iis, quae instituenda essent, egregie sublevavit. Pariter etiam statutum de ann. 1497 commentario explanavit. Ritzenb. ibid.

Huic quod habes Jovis urbs divini pabula verbi
Acceptum merito grata referre potes.

***) Joannes Rodenborg Sen. 1527. Cons. 1536. obiit 1547. Anno 1537 Rodenborg et Herm. Röver Bruxellas publice missi sunt, qui inter Daniae regem et Batavos inducias paciscerentur. Adfuit etiam solemnibus in Christiani regis coronandi honorem Hafniae eodem anno institutis. cf. Ritzenb. ibid.

Qui ne divini praesepia praebita verbi
Destrueret Satanae vis, furor atque dolus
Corpore suscepit duros et mente labores,
Neglecta vitae commoditate suae.

tum recederent, et re rursus deliberata hanc sententiam ferrent, se omnem rem dijudicandam Amplissimi Senatus judicio esse permissuros, dummodo quinque ex Pontificiorum numero exsilio mulctarentur, scilicet Vathauerus et Rensburgius, Nicolaus Bustorpius, Joachimus Fischbeckius et Matthaeus sub Crypta, in quos tanquam primarios civilium motuum duces et auctores, qui modo apertis, modo clandestinis machinationibus ecclesiae evangelicae et evangelii praedicatoribus insidias paraverant, acerba animi offensione erant accensi. Tum Senatus et Cives in curia congregati, ut cupiditatum ardorem restinguerent et animorum motus sedarent, cunctis suffragiis statuerunt, quinque istos Pontificios civium sententia notatos propediem urbe esse expellendos.

Senatu Civiumque conventu sic dimisso, nonnulli ex primariis civibus Pontificios, in quos haec sententia lata erat, hora sexta vespertina domum deduxerunt, ne in plebis offensionem caderent. Jam postridie quinque illi Pontificii Senatus et Civium decreto exterminati urbe excedunt,*) quos non multo temporis spatio interjecto sequuntur M. Fridericus Vulgreve,**) M. Henricus Schröder et Fabianus Lubecensis, qui animo irato et offenso, quum doctrinam propositam revocare nollent, urbe sponte emigrarunt. Mollerus etiam, vix triduo praeterlapso, de contemtu, quo parvi habitus erat, gravius commotus, die Martis ante festum ascensionis Domini, Joanne Mollero fratre auctore, Rostochium secessit, ubi jam in Quadragesima anni 1530 diem supremum obiit.***)

*) De Bustorpio actum est p. 64. Matthaeus sub Crypta, literis commendatitiis a Bartholdo Mollero acceptis, Lubecae ab Joanne Rode, Pastore ad aedem St. Mariae, diaconus assumtus est.

**) M. Fridericus Vulgreve, Joanne Mollero teste ap. Staph. l. l. p. 76 Verdae diaconus electus est.

***) Bartholdus Mollerus Rostochium reversus Professoris munus et Decanatum ad aedem D. Jacobi recepit Qui quum Academiae Rectoratu anno 1530 fungeretur, e vita de-

Atque haec omnia a Civibus nostris tam sapienter et caute acta sunt, ut res sacrorum instauratorum maximae minimo motu, pericula non levia nullo tumultu, seditio intestina in ipsis primordiis praeclare sedaretur. Provida Senatus Civiumque cura id profecto profecit, quod in tanto rerum discrimine vix unquam factum esse videtur, ut neque quisquam civium interiret, paucorumque poena res publica servaretur. Veritati divinae victrici succubuit error, qui in vanis hominum commentis et in perversis suae mentis cogitationibus positus erat, ac tantam omnium rerum ecclesiasticarum et civilium vicissitudinem excitavit vis divino verbo insita, ut non humanis consiliis, sed Dei optimi, qui hanc urbem conditam amplificatamque servavit ac vanis hominum superstitionibus liberam esse voluit, gratia et providentia ecclesia evangelica in urbe nostra feliciter instaurata esse videretur.

Mox autem sacris ecclesiae instauratis adjuncta est summa rerum civilium immutatio, qua rei publicae regendae et administrandae forma melius institueretur. Quibus de rebus ut Cives cum Senatu pro ipsarum gravitate accurate diligenterque agerent, eas gerendas curandasque d. XXIX m. Junii duodecim diaconis, aerarii nuper conditi curatoribus, et viginti quatuor civibus ex quaque paroecia deputatis tradiderunt,*) quo facilius de iis, quae ab Amplissimo Senatu proponerentur, Civium auctoritate deliberarent, omnia perpenderent et Civium confirmatione reservata statue-

cessit. Quo demortuo Rostochienses paullo post in aede D. Jacobi communionem sub utraque instituerunt cf. Zach. Grapens Evangel. Rostock, p. 59.

*) Vollmacht der Börger den 12 Vorstendern der Armen vnd sonst den 24 Verordneten Bürgern aus jedem Kirchspiel gegeven Anno 1528 ante Petri et Pauli ap. Staph. l. l. p. 156 sq.

rent.*) Inde collegium et quadraginta octo virorum et centum quadraginta quatuor virorum originem traxit, unde posterioribus temporibus, paroecia Michaelitana urbi nostrae anno millesimo sexcentesimo octogesimo quinto adjecta, sexaginta virorum et centum octoginta virorum collegia esse profecta satis constat.

Jam singulae res civiles et ecclesiasticae a Civibus studiose et sedulo agitabantur et in disceptationem vocabantur. Major autem Senatus pars, cui se ducem obtulit Henricus Salsborg Consul Magnificus, ecclesiae atque rei publicae melius firmiusque constituendae acriter repugnavit, atque id quod in ecclesiae et rei publicae perniciem sibi proposuerat, perferre et ad exitum adducere studuit. Itaque Cives, dum de primis novi Recessus componendi lineamentis agebatur, d. XXVI m. Augusti 1528 vota sua et desideria ad Senatum

---

*) Thom ersten bidden vnd begehren de gemenen Borger, dat de gekarne vnd verordnete Borger sick befliten by dem E. Rath tho verarbeiden, dat alles, wat Gades Word, de Ceremonien, Karcken deenst, Clerisei, allerlei Möncke, Nunnen vnd Papen in düsser Stadt vnd Gebede belanget, na Lude der vorgeschlagenen Artic. de twischen den Geschickeden des E. Rath vnd Borger vp so daent vörgenommen syn, allenthalven so aflopen vnd endiget werden möge, dat de rechte Ehre Gades vnd düsser guder Stadt Bestes darvth gedie vnd werde, vnd nemand ane syne Schuld in verdarflichen Schaden möge geföhret werden. Articulo vicesimo octavo (Von Vollmacht der Vorsteher der gemeinen Kasten) Recessus de ann. 1529 haec ita sancita sunt „die gemeinen Bürger und Einwohner dieser guten Stadt haben, auf Vollbord E. E. Raths, vollkommenen Befehl und Vollmacht den verordneten Bürgern, welche die Vorsteher der gemeinen Kasten der vier Kirchspiele sind, und ihren Nachkommen, gegeben, damit sie ein sonderliches Aufsehen haben sollen, dass unser Stadtbuch, gegenwärtige Recesse, Buhrsprache und die Artikel, die über die gemeinen Kasten und Ceremonien der Kirchen festgesetzt worden, stets in ihrer Würde vollführt und beachtet, auch Friede und Eintracht in dieser guten Stadt möge erhalten werden etc. cf. Supplementband zu dem neuen Abdrucke der Grundgesetze der Hamburgischen Verfassung und dessen Nachtrage, p. 103 sq.

detulerunt,*) ut inter alia potissimum de coenobiis et monasteriis administrandis certum quid constitueretur. Responso ab Amplissimo Senatu Calendis Septembribus benevole dato non omnia quidem, quae Cives postulaverant, probata erant, sed quum quaedam votorum capita Civibus data essent, non modo concordia inter Senatum et Cives sancte servata est, verum etiam Civium jura novo quindecimvirorum collegio die vicesimo nono m. Septembris constituendo**) et amplificata et sancita sunt,***) donec anno insequenti d. XVI. m. Februarii Recessu a Senatu et Civibus communi decreto confirmato Senatus Civiumque jura accuratius describerentur.

Tum Senatus et Cives, qui, postquam divina benignitate evangelium receperant, ad res ecclesiasticas ordinandas et constituendas, virum doctrinae evangelicae rerumque ecclesiasticarum peritissimum sibi dari vellent, non immemores, quanto amore et studio Bugenhagius in scriptionibus suis supra laudatis†) urbem nostram amplexus esset, ab Joanne Friderico Saxoniae Electore id sibi expetierunt, ut Bugenhagius ad veram ecclesiae evangelicae Hamburgensis salutem promovendam et ad res ecclesiasticas externas melius instituendas in aliquod tempus sibi mitteretur. Qua proficiscendi venia ab Electore benevole concessa, Bugenhagius literis publice invitatus non recusa-

---

*) Articuli an den Rath begehret, Anno 1528 d. 26. Aug. ap. Staph. p. 157 sqq. et Supplementband zu dem neuen Abdrucke der Grundgesetze etc. p. 37 sqq.

**) Lappenberg, Programm zur dritten Secularfeyer der bürgerschaftlichen Verfassung Hamburgs, p. 35 sq. (Not. 47.) et diplom. Litt. C.

***) Recessus de ann. 1529. Art. 54. Auch hat E. E. Rath den Aelterleuten und Vorstehern der gemeinen Gotteskasten ein gemein Insiegel vergönnet, damit sie den frommen Leuten, die das Ihrige den Armen auf Vorworte oder auf Lebenszeit bestimmen, und was sonst besprochen und vonnöthen seyn wird, zu versiegeln haben etc. Supplementband zu dem Abdrucke der Grundgesetze, p. 73.

†) p. 39. 41.

vit venire,*) neque injuriam duobus annis ante a nostratibus sibi illatam memoria retinuit. Itaque Bugenhagius Hamburgum profectus die nono m. Octobris in urbe nostra honorificentissime exceptus atque ab Ottone Bremer et M. Joanne Wetken, Amplissimis rei publicae Senatoribus, in domum, quae antehac Bartholdi Molleri fuerat,**) deductus est, ubi Hermannus Soltau,***) Detlev Schuldorp †) et Claus Rodenburg††) epulis honorificis liberaliter eum habuerunt. Quin etiam postridie Dirk Hohusen, Gerd vom Holte, J. U. L. et Joannes Hülpe †††), Magnifici rei publicae Consules, eum salutarunt et donis liberalibus rei publicae nomine in eum collatis exornarunt.

---

*) Jo. Frid. Mayer in oratione, quantum universa ecclesia Pomeraniae debeat ob Joannem Bugenhagium, hanc animi moderationem laudibus merito extulit. „Video te splendido Ducis Luneburgici comitatu honorifice deductum Hamburgum proficisci. — Cum vero postea eadem urbs, quod ita in te admiserat, poenitentia ducta, teque ad salutem ecclesiae promovendam divinitus datum agnoscens, aliis te literis invitasset, ut, quas ipsa habebat, ecclesiis prospicere etiam velles, venire non recusabas. Datum id erat precibus celeberrimae urbis, cujus partes apud Electorem ipse egerat Lutherus, ut Bugenhagio quoque ad rite formandum ecclesiasticarum rerum statum uteretur etc.

**) Senatus enim Bartholdum Mollerum, quem etiam post discessum suum ex urbe nostra maximi fecit et ad reditum invitavit, per literas adierat, ut hoc benevole concederet" Hirvp hefft E. Erbarer Raht sambt den Borgern minen werdigen Broder begrötet, vth düsser vorbenömenden Orsake, dat he doch wolde vergünnen, demselvigen Bugenhagen synen Hof tho bewahnende, tho ener korten Tydt, tho dem lengsten, tho 2 Maanten, in deme doch he dar nicht jegenwardig wäre, vnd vielicht ock nicht so drade kamende were, sondern se weren biddende vnd begerende, dat he wolde mit dem ersten wedder by ehme erschienende, vnde by ehnen levendig vnd dodt tho verblivende, vnde tho syner Thokümpst scholde syn Hof ehm apen syn, vnde verheget syn, ahne enige Verkleninge syner Güder etc. Auerst he is nicht gekamen, alldiwile Bugenhagen is tho Hamborg gewesen, welker wurde am Dage Dionysii in mines Broders Hafe mit synen Willen ingewyset tho der Herberge. cf. Moller l. l. p. 78 sq.

***) Herman Soltau Quindecimvir 1528. Sept. 29. resign. 1531.

†) Detlev Schuldorp Quindecimvir 1528. Sept. 29. Sen. 1534. obiit 1549. cf. p. 28.

††) Claus Rodenborg Quindecimvir 1529, obiit 1557.

†††) Joannes Hülpe Sen. 1511. Cons. 1524. obiit 1546.

Tum autem Bugenhagio nostro injunctum est officium sane gravissimum, omnia, quae ad doctrinam evangelicam praedicandam et ad res ecclesiasticas tanta rerum vicissitudine concussas vel nondum satis institutas pertinerent, quam sapientissime et diligentissime ordinandi, ut rerum ecclesiasticarum ordinatio in certam quandam publicam formulam redacta ecclesiae evangelicae instauratae praeclare inserviret. Atque Bugenhagius iter difficile quidem et arduum intrepide ingressus est, in quo non levissimae difficultates essent removendae ac certamina et pericula, quae fortissimo ecclesiae evangelicae propugnatori modo apertis, modo clandestinis*) consiliis imminerent, non sine ingenti labore essent subeunda, ut primum de felici laborum molestiarumque successu dubitaret. Inter acerrimos ecclesiae evangelicae adversarios, qui impedimenta non facile expedienda ei pertinaciter objecerunt, Canonici et Monachi Nigri praecipuas egerunt partes. Si quidem in omnibus urbis nostrae ecclesiis catholicae formulae ritus et caerimoniae ecclesiasticae conciderant, tamen in aede Cathedrali, quum Canonicorum grex acrius adhuc resisteret, doctrina humana superstitionisque vis inde exorta praevaluit.

Ac plebs Hamburgensis, verae salutis adipiscendae studio incensa, magna frequentia ad Bugenhagii conciones audiendas, etiam diebus non festis, confluit, quo ardorem suum et mentem ad evangelium propensissimam probaret, animumque Bugenhagii multis iisque gravissimis difficultatibus demissum laetissima melioris eventus spe allevaret.**) Atque quum non solum rerum ecclesiasticarum, sed etiam scholasticarum cura ei, ad cujus arbitrium omnia sapientissime describerentur, demandata esset, officium haud dubie difficillimum

*) Tradunt inter alia Bugenhagio atque uxori gravidae a coqua Molleri in domo ejus relicta insidias esse paratas, ut venenum utriusque vitae intentaret.

**) Bugenhagius in epist. ad Lutherum: Sudatum est, sed Christo gratia, non frustra. Perficiet autem Christus suum hic opus quam primum; et in P. S.: tantae molis erat etc. Sed mulier cum parit etc. ap. J. F. Mayer, Evangelisches Hamburg. p. 308 sq.

non celeriter peragi poterat. Multa enim, quae instituerentur, cautissime et diligentissime ante et deliberanda erant et perpendenda. Itaque Senatus Calendis Novembribus literas ad Lutherum scripsit, ut Bugenhagius in urbe nostra diutius remaneret. Neque irritae erant Senatus preces, quum Bugenhagio in urbe nostra commorandi venia, de qua Lutherus literis die XI m. Nov. ad Bugenhagium datis eum certiorem fecit, benigne concederetur, quam diu ecclesiae evangelicae salus et ipsa rei ordinandae gravitas postulare videretur.

Si autem monasteriorum conditionem breviter respicimus, id non praetermittendum esse videtur, quod Fratres Minores in coenobio Magdaleneo non difficili negotio commoverentur, ut cucullos suos cineraceos, quemadmodum Virgines, quas caeruleas (Blaue Süstern) vocabant, *) peplo monastico deposito, conjugii libertate usae sunt, cum habitu civico mutarent. Sed Dominicani sive Monachi Nigri, qui sedem suam in coenobio Joanneo fixerant, ob morum pravitatem civibus invisi Senatus decreto coenobio relegati sunt,**) hac conditione iis proposita, utrum viatico decem florenorum accepto urbe emigrare, an in coenobium Magdaleneum, ubi alimenta sibi publice suppeditarentur, traduci vellent.***) Pauci eorum utraque conditione

*) Diplom. ap. Staph. P. I. Vol. II. pag. 643" Item Sorores dicti Conventus portabunt habitum de colore blavio vel bruneto et velamina capitis dealbata, nec multas plicas vel magnas fimbrias in vestimentis habebunt.

**) Rem mandatam Petrus de Spreckelsen et Dithmar Kohl urbis nostrae Senatores confecerunt, quorum prior anno 1523 in Senatum cooptatus, anno 1538 ad dignitatem consularem evectus est. Pacto cum Capitulo Cathedrali ineundo sedulo dedit operam. Obiit anno 1553. Alter anno 1527 in Senatum lectus, Consul anno 1548 creatus est. Meritam gloriam sibi paravit in pugna navali, qua Kniphofium piratam profligavit, atque in vincula conjectum Hamburgum adduxit.

***) Thraciger ad ann. 1529. ap. Westphalen, Monumenta inedita etc. p. 1396 sq. „Die Mönche zu St. Marien Magdalenen liessen sich auch dahin berichten und bewegen,

omnino spreta discesserunt, alii viatico accepto urbem reliquerunt, perpauci tantum coenobio Magdaleneo se adjunxerunt. At Joannes Rensburg, coenobii Sub-Prior, demum potestate coactus loco suo cessit, atque Spiram se contulit, quo Clemens Grothe, Capituli Cathedralis Decanus, jam prius sese receperat, ut apud judicium Camerae Imperialis in Senatum Populumque Hamburgensem actionem institueret. Ac profecto mirari subit, etiam Virgines in coenobio Hervestehudano*) extra urbem in antiqua errorum et superstitionum perversitate adeo enixe et pertinaciter esse versatas, ut sacrorum emendationem omnino rejicerent,**) neque evangelicos praedicatores sibi adduci paterentur. Diu multumque ac satis leniter cum iis agitatum est. Tandem vero, Virginibus obstinate reluctantibus et ipsum Senatus decretum spernentibus, res eo devenit, ut, graviore sententia in eas lata, coenobium ipsum funditus everteretur.***)

---

dass sie die Kappen auszogen und weltliche Kleider anlegten. So mussten auch die Mönche zu St. Johannis das Kloster räumen, wer bleiben wolte, dem wurde sein Unterhalt zu St. Magdalenen gegeben, wer nicht wolten bleiben, den gab man 10 Gulden zur Abfertigung, also blieben fünff, eines theils nahmen das Geld, etzliche gingen darvon, und nahmen gar nichts, und der Rath und die Bürger nahmen beide Closter in ihre Verwaltung" etc.

*) Ibid. ad ann. 1530. „In demselbigen Jahre wurd niedergerissen das Kloester zu Harvestehude, dazu waren vom Rahte verordnet, die ess regieren solten, Heinrich Rademacker, Hanss Rentzel, Hanss von Bergen, Michel Panning, Warnecke Warnekes, Mattheus Moves, Assmuss von Mieden, Hanss Drewes, und solches geschach darumb, dass die Jungkfrauen die alten Ceremonien nicht abstellen und die Prediger, die ein Raht dahin verordnet, hören wolten."

**) Jam anno 1483, quum Henricus a Swartzenborg, ecclesiae Bremensis administrator et episcopus Monasteriensis, coenobii reformationem institutorumque ejus emendationem sibi proposuisset, virgines fere insanientes plebem stimulaverant atque perniciosissimam seditionem moverant, qua Senatus atque Episcopus incepto suo abstinerent. Krantzii Wandal. lib. XIII, c. 29.

***) Lambecii Origines Hamburgenses, lib. II, p. 140.

Monachis autem, qui pristinae formulae sacrorum tenaces adhaeserunt, ex coenobio Joanneo eductis, placuit Amplissimo Senatui et Civibus, ut monasterium illud paullo ante inscitiae et superstitionis diversorium in optimarum artium domicilium feliciter converteretur. Fuit autem dies ille, quo novam scholam literariam bonis ominibus votisque auspicabantur,*) vicesimus quartus m. Maii anno 1529, cujus solemnia saecularia tertia ante undecim annos laetissime celebrata sunt.**) Ac profecto hac schola condenda, qua divina evangelii lux urbis nostrae incolis affulgeret, vera rei publicae salus mirum in modum aucta est, quamvis catholicae formulae asseclae hunc ludum literarium vehementer improbarent et impugnarent.***) Nec solum rerum scholasticarum ordinandarum officium sibi demandatum Bugenhagius sapienter peregerat. Multis iisque gravissimis impedimentis diligenter expeditis, et adversariorum pertinacia pro sua animi benevolentia et gravitate fracta, Ordinationem ecclesiasticam, ecclesiae Hamburgensis conditione accuratius perspecta, singulisque rebus subtiliter exploratis, diligentissime exaratam Senatui ac Civibus proposuit.

Jam priusquam Bugenhagius Hamburgum vocatus erat, Brunsvigensibus Ordinationem ecclesiasticam ecclesiae evangelicae Brunsvigae firmius constituendae et melius ordinandae aptissimam scripserat,†) ad cujus

---

*) Thraciger ad ann. 1529 ap. Westphalen Monumenta inedita etc. p. 1397. „Es wurd die Schule in St. Joannis Closter erstlich durch D. Bugenhagen in Reventer gelegt, darnach in das Beichthauss verändert. Damahls wurden publiciret Doctor Bugenhagens Kirchen-Ordnunge und der lange Recess, der, wie angezeigt, dess nehesten verschienen Jahres war angefangen.“ Staphorst l. l. p. 67. 148.

**) F. C. Kraft de Joannis Bugenhagii Pomerani vita et in res scholasticas emendatas meritis disputavit, quum solemnia saecularia tertia in Joanneo indicenda essent.

***) Moller, Nachricht von der Religions-Veränderung etc. l. l. p. 82.

†) Der ehrbaren Stadt Brunswig christlicke Ordeninge, tho Deenste dem h. Evangelio, christlicker Lehre, Tucht, Frede vnde Eynicheit; darunter ock vele christlicke Lehren vor de Börger. Wittenb. 1528.

rationemOrdinatio ecclesiastica Hamburgensis omnibus rebus, quae ad peculiarem ecclesiae Hamburgensis conditionem pertinerent, observatis et respectis describeretur.*) Probata quum esset Senatui haec Ordinatio, etiam Civibus in comitiis proposita est, quae summa cum approbatione ab iis concordibus animis die ante festum Pentecostes exciperetur, et Recessu anni millesimi quingentesimi vicesimi noni publice tam diu sanciretur, quam ecclesiae christianae concilium ex Dei verbo aliam Ordinationem ecclesiasticam condidisset.**) Cujus Ordinationis promulgatio et preces publicae hanc ob causam demum Dominica Trinitatis institutae sunt, in cujus memoriam per longam annorum seriem quotannis conciones sacrae testandae gratiae causa haberentur. ***)

---

*) Quae ordinatio Bugenhagii tempore non typis excusa esse videtur, sed anno 1608, diaconis ad aedem St. Petri suadentibus, duodecies transscripta et singulis diaconis tradita est ea lege, ut, post ipsorum decessum ab haeredibus suis ecclesiae redderetur. Klefeker eam ex variis codicibus sic satis caste typis exscribendam esse curavit. Vol. VIII. p. 84-226. — Quae autem ad universam ecclesiae doctrinam et disciplinam pertinerent, ea hac scriptione a Bugenhagio proposita sunt: Van mennigerleie Christliken saken tröstlike lere, genamen vth der Lübeker, Hamborger vnde der Brunswiker Ordeninge. Dorch Joannem Bugenhagen Pomern M.D.XXXI. Ipsi praefationi haec verba praemissa sunt: „Nemandt schal meneu, dat yn dyssem boke syn de Ordeningen der dren Steden, sünder alleyne gemeyne leren genamen vth den dren Ordeningen, Welcke leren neyner Stadt sünderlyck tho kamen sünder allen Christen, Darumme se ock allen lüden werden hyr ynne vohrgelecht." Inde a pag. CLV ea, quae ex ordinatione Hamburgensi excerpta sunt, sequuntur: Nu volgen Christlyke leren vth der Hamborgheschen ordeninge genamen. In fin. libri additur „In der Keyserliken Stadt Lübeck by Joan Ballhorn (by der Abtekenn wanende) gedrücket, jm jar na Christi vnses Heilandes gebort. MDXXXI.

**) Recessus de ann. 1529. Artic. LIX.

***) Artic. XXXV. Van den Festen. Sub fin. Up Pingsten Avende im Jahr 1529 is beschlaten, vnd dorch den Erbaren Radt vnd Börgere eindrechtiglick angenahmen, alle christlike Ordeninge in diszem Boke beschreven, vor sick vnd ehre Nakömelinge, so dat man neeue Conscientien-Stricke vth etliken Stücken make, des sy Godt gelavet dorch Jesum Christum ewiglick. De apenbare Danksegginge averst vnd Affkündige solke

Nam sive respicimus animum mentemque, qua Bugenhagius hanc Ordinationem absolvit, eum vero pietatis sensu perfusum et praeclara scripturarum sacrarum cognitione instructum videmus, sive viri experientiam perpendimus, in omnibus Ordinationis articulis virum in rebus humanis versatissimum, cautum et valde circumspectum satis cognoscimus. Inde factum est, ut Ordinatio ejus ecclesiastica, postquam publica auctoritate promulgata erat, status ecclesiastici in urbe nostra norma et unica*) regula, ad quam omnia, quaecunque in rebus sacris administrarentur, instituenda essent, recte haberetur. Ac profecto, quae erat viri egregii eximia sapientia rerum usu exercitatissima, Ordinatio ab eo descripta uberrimam et optimam vim non solum in sacrorum Hamburgensium illius temporis conditione, verum etiam in ecclesiastico urbis nostrae statu posterioribus temporibus praeclare exercuit.

Sicut autem Bugenhagius noster in sacris instituendis et in ecclesiastico ritu describendo omnia ad nativam evangelii indolem retulit, et res ecclesiasticas et scholasticas artissimo vinculo nectendas copulandasque esse censuit, sic etiam Ordinatione Bugenhagiana ecclesiastica uberrima rerum ecclesiasticarum et scholasticarum semina continebantur, quae apto et opportuno tempore serius progerminaverint. Nam ex sacris emendatis, imprimisque ex Ordinatione Bugenhagiana etiam Gymnasium Academicum originem traxit, ut, si sacrorum emendatorum urbis nostrae historiam hac nostra commentatione adumbravimus, quo solemni Gymnasii recens exstructi inaugurationi pro virili parte inserviamus, simul fundamenta, quibus Gymnasium Aca-

---

Annehminge is, vth merkliker Orsake, vorbleven beth vp den Sondag Trinitatis etc. — daruhmme schall alle Jahr up den Dag Trinitatis ein Prädicante nah der Epistolen solke Gnade vns wedderfahren, vorholden etc.

*) Nam Aepini Ordinationem non legitime i. e. communi Senatus et Civium decreto legem esse latam et postea Senatus auctoritate publice promulgatam esse arbitror. At non est hujus loci, hanc sententiam a variis scriptoribus prolatam et probatam pluribus exponere.

demicum conditum est, altius inspiciamus. Quamvis enim Gymnasium demum fere centum annis praeterlapsis felicibus auspiciis conderetur, tamen prima ejus lineamenta jam a Bugenhagio perspicue et sapienter descripta sunt,*) quibus talem literarum officinam veritati et cognoscendae et probandae dicatam civibus commendaret. Scilicet in articulo Ordinationis ecclesiasticae quarto, qui de Lectorio agit, bonarum artium sacrarium instituendum civibus suasit, in quo scholis et theologicis et juridicis, adde etiam physicis, optimarum literarum studia excitarentur et alerentur.**) Id enim Bugenhagius sibi proposuerat, ut, sacris ecclesiae instauratis, veram humanitatem literis excolendis inter nostrates augeret et promoveret. Sic igitur Gymnasium nostrum Academicum in ipsis ecclesiae sacris instaurandis radices egerat, ut, discussis temporum decursu magis magisque errorum et inscitiae tenebris, et impedimentis non levissimis, quae objiciebantur, feliciter superatis, Gymnasium anno millesimo sexcentesimo decimo tertio ex notione, quam Bugenhagius sibi conformaverat, conderetur,***) quo verae doctrinae pietatisque semina spargerentur.

*) Wilkens Hamburgischer Ehrentempel etc. p 168. Lappenberg, Programm der dritten Secularfeyer etc. p. 37.

**) Artic IV. Von dem Lectorio. Een Lectorium schall angerichtet werden tho mencherley Latinsche Lectionen vor de Gelehrden, alsze hernah beschreven steit, darinne mögen lesen de Rector vnd Subrector ehre freiwillige Lection alsz gesecht isz. Idt is ock vor gut angesehen tho Ehren vnd Framen diszer guden Stadt, dat man twe Juristen lathe lesen eenen jeden 3 mahl in der Wecke, den enen in Institutionibus imperialibus, den andern in Codice. — Item, idt is ock hoch von nöden in düszer so groten un guden Stadt, dat men holde enen Medicum edder Physicum, den Aldergelerdsten vnd Erfahrnesten, den man krigen kann. Disze schall ock 3 mahl in der Wecke Lection dohn. — In diszen Lectorio schölen ock geschehen de höfet Lection vth der hilligen Schrifft dorch den Superintendenten vnd synen Adjutorem etc.

***) Post decretam in Conventu S. P. Q. H. Id. Nov. A. 1611 Gymnasii Academici institutionem die XII (XXIV) m. Augusti A. 1613 cum bonis ominibus votisque et precationibus Gymnasium solemniter inauguratum est.

Rebus ecclesiasticis hac Ordinatione in urbe nostra ad meliorem conditionem revocatis, et rixis saepius exortis summo omnium bonorum civium studio compositis, ecclesia evangelica tanta ac tam laeta incrementa cepit, ut etiam exterae urbes ad sacrorum reformationem Hamburgi feliciter peractam respicerent et accuratam ejus rationem haberent. Silentio hic non praetereundum esse arbitror, Kempium nostrum etiam de ecclesia Luneburgensi optime meritum esse, quod ecclesiae sacra magna cum animi moderatione prudenter et provide disposuerit, atque Ordinationem ecclesiasticam Luneburgensibus condiderit, qua omnia ecclesiae instituta exponeret et satis apte describeret. Primum Cives tantum Luneburgenses Kempium nostrum per literas invitarunt,*) ut ecclesiae sacra instauraret et Ordinationem ecclesiasticam institueret.**) Kempius summo gaudio quidem perfusus de propenso Luneburgensium in ecclesiam evangelicam animo non priusquam a Senatu Luneburgensi rite vocatus erat, Luneburgum se contulit, ubi cives prolixa voluntate et domicilio apud Warneke Elebecken civem commodissimo eum exceperunt.***) Descripta autem est haec Ordinatio a Kempio apud Luneburgenses et exarata ad normam Hamburgensis, quum Bugenhagianam Ordinationem ad ecclesiam Luneburgensem transferret, eamque Luneburgensis civitatis statui aptissimam redderet,†)

---

*) Pomarii Niedersächsische Chronik, p. 621.

**) Dav. Chytraei Saxonia, p. 326. Cum autem magno studio, fervore ac zelo hi docerent, ac in senatu virum verae religionis amore et gravitate ac zelo praestantem Hieronymum Witzendorfium patronum haberent et cives pietatis ac doctrinae sincerae studiosi ministerium evangelii ut Lubecae et Hamburgi liberum permitti a senatu assidue flagitarent: Senatus tandem M. Stephanum Kempium ad primam ecclesiarum constitutionem Hamburgo evocat, qui prima praesentis ordinis ecclesiae fundamenta jecit.

***) Luc. Lossii Lunaeburga Saxoniae, p. 49. Meibom hist. bardev. p. 78.

†) Thiess, Versuch einer Gelehrtengeschichte von Hamburg, Vol. I. p. 343 inter Kempii scripta „Kerken Ordeninge der Stadt Lüneborg" recitat, at nusquam indagare possum, an haec

qua sacrorum emendationem in hac urbe egregie adjuvaret et satis muniret. Sic Kempius noster, quemadmodum in patria urbe primus evangelii praeco exstiterat, et ecclesiae evangelicae fundamenta jecerat, sic etiam Luneburgi sacrorum instaurationem sacris orationibus habendis et ecclesiae institutis sapienter ordinandis acerrimo studio et felici cum successu ad exitum perduxit.

Neque defuerunt Luneburgi acerrimi adversarii, qui catholicae formulae addicti Kempii doctrinae capita et disciplinae ecclesiasticae instituta impugnarent, eumque infestis rixis lacesserent. Inter caeteros obtrectatores Abbas Luneburgensis ad aedem St. Michaelis et Kempium et Bugenhagium conviciis aggressus, procaci scripto eos diffamavit, quo mendacia et criminationes in eos congereret. Kempius autem in doctrina evangelica tuenda et in criminationibus repellendis mascule se gessit, et scriptione satis ampla librum ab Abbate Luneburgensi vel potius ejus auctoritate ab anonymo quodam conscriptum intrepide et libere refutavit.*) Priusquam scriptio typis excusa erat, Bugenhagio eam miserat, qui ei praefationem succinctam praemitteret, in qua criminationes in se congestas contemneret, et ad veritatem divinam nulla hominum malignitate et nequitia concutiendam provocaret.**) Atque Kempius magna animi fortitudine et scribendi sollertia id extra

---

Ordinatio Luneburgensis ad normam Bugenhagianae a Kempio descripta typis excusa sit necne.

*) Vp des Abbates van Sunte Michael tho Lüneborch, vnd synes Pröue Esels Pröue-Bock, Antworth Stephani Kempen, Predigers des Evangelii Christi tho Hamborch. Sampt einer Vörrede Johann. Bugenhagen. Pomer 1531.

**) Bugenhagius in praef. Ick schal ock mit Lester-Wörden vnde vnvorschemeden Lögenen in dem Lester-Boke angegeuen syn, alse dyt Böck vermeldet, Des sy Godt gelauet yn Ewicheit dorch Jesum Christum vnsen leuen Herrn. Ick bin des nicht werdich dat ick eyn weynich van sulken Duvels Baden lyde, vmme des hilligen Euangeliens willens, dat ick van Gades Gnaden lere etc.

ullam dubitationem posuit, articulos ab ipso propositos neque Dei verbo in examen vocatos, neque emendatos, nec rationibus idoneis notatos, sed minimi habitos et dictis tantum probrorum plenis esse vituperatos. Quem igitur Abbatis libellum famosum quum in gravissimis articulis, de quibus tum in utramque partem disputabatur, accurate explorandis et illustrandis, argumentationis adversariae levitatem probaret, plane redarguit ac libere testatus est, se divino auxilio adjutum coram omnibus Abbatibus, Prioribus et monachis doctrinae suae capita esse convicturum, ut appareret, obtrectatores illos non verbi divini amantissimos, sed speciosos se tulisse; se igitur adversarium enixe adhortari, ut neque ad comitia Ordinum regni Germanici, neque ad Concilium ecclesiasticum provocaret, sed ut Luneburgi coram Senatu causae suae rationem ipse redderet.*)

Porro nec illud silentio est omittendum, ut seriores Kempii res gestas et exitum paucis adumbrem, anno 1537 socios Smalcaldicos etiam a theologis Hamburgensibus exquisivisse, quid iis placeret, an Evangelici in Concilio comparere vel illud recusare deberent. Hamburgenses sententiam suam luculenter exaratam scripto consig-

*) Kempius ibid. Vnde ick erbede my wedderume jegen dy vnd dyne ganze Gesellschop Abbaten, Pröwsten vnde Mönnecken, dath ick wil myne Artikel mit götliker Hülpe vor juw beschermen vnde verbidden, wo hyr nu gescheen, vnde alse denn mer gescheen schal, wil ock apenbar bewysen vnde gudt dohn, dat solk en Bovenspeel, Gewalt, Drengent, Valschent aver dat hillige Word Gades hyr in diner Prowerie meer denn altovel begann is, vnde dat gy den Namen, alse gy juw im Brewe an E. E. Radt tho Lüneborch römen, nömlick der högesten Wahrheit Leffhebbere, juw mit luter Glysnerye vnde Lögen tho schriven, ock sulk eines Namens nicht werdt syn. Darvp vermane ick dy by dynen Richter, dat du hier nene Winkeltöge sökest mit Rikesdagen vnd Concilien, sunder kumpst dar tho Lüneborch, dar du velichte vorhen solke Proberie geprediget heffst vnde vorantworde dy dar, vp wat Stede idt E. E. Rade gelevet, darvp schriff vnde antworde, wes du gesinnet bist etc.

narunt,*) et a D. Joanne Aepino**) Superint., Stephano Kempe, Baccal. Theol. et Pastore ad D. Catharinae, M. Joanne Fritze, Pastore ad D. Jacobi, M. Joachimo Francke, Pastore ad D. Nicolai, M. Joanne Garze,***) Pastore ad D. Petri subscriptam tradiderunt, qua subtiliter et accurate demonstraretur, obsequium quidem esse praestandum concilio, si quid de caerimoniis adiaphoris et de bonorum ecclesiasticorum restitutione statueretur, at obsequium, si concilium falsa dogmata vel proponeret vel probaret, plane esse denegandum. Atque Kempius vir ille praeclarus, qui prima ecclesiae evangelicae fundamenta Hamburgi jecerat, hanc Dei gratiam adeptus est, ut, Zegenhagio jam die XVII. m. Januarii anno 1531 demortuo,†) ecclesiam evangelicam in urbe nostra satis stabilitam videret.††) Nam opus illud ab eo inchoatum divina benignitate atque

*) Seckendorf Comm. de Luther. lib. III. p. 145. et Staphorst in MS. anecdot. ad ann. 1537.

**) Quum Ordinatio ecclesiastica Bugenhagiana Superintendentem esse eligendum statueret, Urbano Rhegio per literas Senatus frustra vocato, Joannes Aepinus Pastor ad D. Petri die ante festum Pentecostes 1532 Superintendens a Senatu creatus est. Ne autem cancellos, quibus haec commentatio circumscripta est, latius transgrediar, de rebus ab Aepino gestis uberius disputare non licet, ut commentationem de vita ejus prolixiorem in aliud tempus fortasse nobis reservemus.

***) Fabric. Mem. Hamb. Vol. II. p. 41. Wilkens Hamburgischer Ehrentempel etc. p. 378 sqq. Thiessens Versuch einer Gelehrtengeschichte. Vol. I. pag. 232 sqq.

†) Ritzenb. epitaph. ap. Fabric. Mem. Vol. I. p. 29.

††) Ex manuscripto Staphorstii anecdoto ad ann. 1540 comperimus, a Kempio haec quoque scripta esse relicta, quae in bibliotheca aedis D. Catharinae asservanda essent: „Conciones in Evangelia dominicalia a Dominica II Adventus ad Dom. XXV post Trin. MSS. ibid. n. 126. 4. Liber manu ipsius exaratus ibidem N. 192. 4. continet 1) Jo. Bugenhagen Comm. in Esaiam, 2) Comm. in Deuteronomium, 3) Harmoniam Evangg. de resurrectione et ascensione Christi, 4) Ph. Melanthonis Comm. in Ev. Joannis, 5) Paraphras. Ep. I. ad Corinth. 6) Jo. Bugenhagen Comm. in Ep. ad Ephesios. 7) Ph. Melanthonis Comm. in Genesin. 8) Comm. in Epp. ad Philipp. Coloss. ad Thess. Tim. Tit. Phil. Hebr. p. Bugenh. 9) Ph. Melanth. in Prov. Salom.“ Quae quidem scripta quum ex

auxilio ad finem perductum erat, quum die XXIII. m. Octobris anno 1540 e vita decederet,*) summum sui desiderium apud omnes relicturus.**)

Sed redeamus ad enarranda ea impedimenta, quae a pertinacissimis ecclesiae catholicae suorumque commodorum defensoribus ad antiquam illam ecclesiae conditionem restituendam excitarentur. Statim finito illo colloquio, quo Pontificii verbi divini auctoritate oppressi urbe emigrare coacti sunt, rixae cum Capitulo Cathedrali invaluerunt, et mox Canonici statuerunt, actionem in Judicio Camerae Imperialis in Senatum et ecclesiarum Hamburgensium juratos esse instituendam, ut, lata tribunalis Caesarei sententia, doctrina evangelica condemnetur et, novae disciplinae ecclesiasticae institutis abolitis, antiqua ecclesiae conditio restituatur.***) Senatus Amplissimus ut causam in Judicio

---

bibliotheca aedis D. Catharinae vel temporum infelicitate vel incuria eorum, quibus mandata erat, evanescerent, id maxime optandum esse videtur, ut in literarum optimarum commodum huic bibliothecae publice prospiciatur.

*) Cf. etiam Steffen Kempen Huszfrouwen Afdeiling 1536 Lunae post Exalt. Crucis in Staph. MS. anecd. addit. ad h. a.

**) Joachimus Westphalus Kempii successor ei epitaphium posuit ap. Luc. Lossii epitaph. p. 119 et Ritzenbergii epitaph. ap. Fabric. Mem. Vol. I. p. 105:

Hoc tegitur Stephanus rigido sub marmore Kempe,
Conveniens rebus nomen utrumque gerens.
Nam pro perpetua contendens vincere palma
Ut pugil adseruit dogmata vera Dei.
Primus et Hamburgae divini semina verbi
Sparsit ab Ausoniis purificata nugis.
Et posito vano, Francisci veste, cucullo,
Inclytus hac Christi pastor in aede fuit. etc.

***) Monitorium poenale, adjuncta Citatione Caesareae Majestatis expeditum, pro Venerabili Capitulo Hamburgensi, adversus spectabilem Senatum ac contra Juratos Ecclesiarum, intimatum Sabbathi ante Fabiani et Sebastiani Martyrum An. 1529 ap. Staph. l. l. p. 88 sqq. et Thraciger ad ann. 1528 ap. Westphalen. monumenta inedita etc.

Camerae Imperialis agendam evitaret, non detrectavit, quin cum Canonicis ageret.

Itaque jam die V. m. Jun. anno 1529, dum Bugenhagius in urbe aderat, in domo ejus consilia agitabantur, quibus ex Senatorum ordine Henricus Salsborg et Joannes Wetken Consules et Joannes Rodenborg et Dithmar Kohl, ex Civibus Cordt Göldener, Hans Bloeme, Matthias Moers, Andreas Broys et Warneke Warneke interfuerunt, qui cum Doctore Henningo Kissenbrügge*) et M. Joanne Garlestorp Capituli Cathedralis legatis paciscerentur. Bugenhagius quum haec pacti ineundi capita proponeret, sanctorum invocationem et dies festos memoriis eorum dicatos esse tollendos, vigilias et missas pro defunctis scripturae sacrae placitis repugnantes abolendas et communionem sub utraque instituendam, Kissenbrügge haec omnia recusavit, atque in medium protulit, aedem Cathedralem a Carolo Imperatore conditam ab eo et filiis suis et successoribus privilegiis esse ornatam; quare non sine disertis edictis imperatoriis, quum lis in Judicio Camerae Imperialis non diremta sit, quidquam in rebus ecclesiasticis mutari posse.**) Re igitur frustra agitata, Clemens Grothe Capituli Cathedralis Decanus eo ipso anno Spiram se recepit, ubi homo callidus et versutus, postquam actionem in Senatum Hamburgensem instituerat, fraudem texit et urbi nostrae vario modo insidias paravit, quibus urbem nostram poenis afficeret. Jam hoc loco ex uberrimo Chronici Hamburgensis fonte, ex quo haurire nobis licet, ea afferre placet, quae Harmen (Hermannus) Rover, hono-

p. 1396 „Der Thumb-Probst und Dechant wichen aus der Stadt und beklagten von oben angeregter Verenderung den Rath und Gemeinde am Cammer-Gerichte, erhielten auch wider sie ein Mandat und Ladung, welches ausgegangen ermeldetes 28 Jahres, den 10 Tag Decembris.

*) Alii eum Henricum Kistenbrügge designant, qui etiam Canonicus Slesvicensis et Decanus Bardovicensis fuisse traditur. Obiit die 30 m. Jul. 1544.

**) Paullo post Bugenhagius non sine magno omnium bonorum civium dolore die IX. m. Junii Hamburgo decessit.

ratissimus urbis nostrae Secretarius,*) in oratione paullo inferius a nobis laudanda, quam anno millesimo quingentesimo tricesimo sexto publice ad cives habuit, de iis, quae cum Capitulo Cathedrali acta essent, exposuit.**) Id libere professus est, Senatum Civesque privilegiis ab imperatoribus concessis et identidem confirmatis satis munitos et sustentatos, si rem rectius perpendissent, non concedere debuisse, ut Capituli Decanus Spiram se conferret; nonnullos autem timuisse, ne inter Senatum quidam exsisterent, qui Pontificios irritarent, suaque auctoritate id efficiendum esse cuperent, ut res publica detrimentum caperet.

Lite ad Judicium Camerae Imperialis perlata, Senatus rixas componere et concordiae pactum inire studuit. Die deliberationis Bergedorfii dicto, Pontificii ludibrii causa ut Senatum ignominiose tractarent, de choro pueros, quibus nulla auctoritas erat, legatos ablegarunt.***)

---

*) M. Herm. Röver Secret. 1528. Proton. 1538. Sen. 1540. obiit 1543. Ritzenb. Epitaph. ibid. p. 107.

Cuncta sed haec pietas aeternae et cura salutis
Semper in officio continuere suo.
Praecipue est vero complexus amore ministros
Dogmata quos novit tradere pura Dei. etc.

**) Chron. Hamb. anecdot. Darent bauen is de heyllosz Deken Clement Grote (ein artze schalcke van Rome) hir vth Hamborg all na dem Cammer Gerichte tho Spier getagen vnd düsse stadt int Cammer-Gericht vorklagct int jahr 29, dar do ein Erbarer Raht sampt den Borgeren sich recht in düsser sake besunnen, se hedden ehm dar tho Recht nicht kamen dörffen, na lude der Privilegia van Kayseren tho Kayseren gegeuen, auerst männig man fruchtet, dat wohl etzliche binnen Rades syn, de sulkens by den Papen gefordert hebben, dat ehn Godt vergeuen mohte, dat se den Borgeren sampt deren fründen sodane vnlust vnd moy vp den nacken gebracht hebben.

***) Ibid. Dewile nv de sake im Cammer Gerichte gehangen, hefft ein Erbarer Raht sampt den Borgeren nicht vnderlaten, sondern hebben den Papen enen früntliken handel hir angebaden, den de Papen tho Bergedorpe tho holden gelauet, vnd do ein Raht etzlichen personen dar hen tho tehen befalen vnd de dargekamen syn, do hebben de Papen de

Novo conventu Pontificiorum Cathedralium atque legatorum ex ordine Senatorum Luneburgi habito paciscendi studia non rata esse poterant, quum Pontificii id sibi arrogarent, ut omnia in antiquum fastus et splendoris statum restituerentur; alioquin nullam sibi auctoritatem esse delatam professi sunt, ut cum iis porro agerent. Probarunt quidem articulos, quos Senatus d. VIII. m. Februarii anni 1533 tanquam pacti ineundi fundamentum proposuerat,*) sed pactum initum pacem concordiamque minime restituit. Nam Capitulum ab actione agenda non destitit atque id effecit, ut Judicium Camerae Imperialis in Senatum Hamburgensem durius sententiam ferret, qua omnia bona ecclesiastica esse restituenda sub poena quingentarum marcarum auri decerneretur,

heren enen losen schimpflichen Dag gelecht, vnd ehn dar 2 Coerscholer gesendet, de doch in dem ringsten tüttel nene Macht gchaht hebben. Darna hebben se tho Lüneborg enen anderen früntliken handel mit den Papen tho holdende vorgenamen, do se in dem handel gewest syn, hebben de Dumpapen sich vorluden lathen, se en hebben nene Macht furder darauer tho handelen, dat se nah erer olden wahnheit vigilien, seel missen, vesper, metten, primen, tertien, sexten, novem, dartho vor allen altar missen tho holdende, dartho all veer karspel karken de pension afftthobörende vnd darin karkheren tho settende, de na ehrem begehr prediken, dartho ehre jurisdiction, ehre pracht vnd herrlicheit, so se auer 20, 30 Jahren gehabt hebben, in summa de Papen hebben tho Lüneborg mit den Rades Personen anders tho nenen ende kamen wult, sondern men scholde se wedder setten in ehre pracht vnd herrlicheit, vnd doent wo se it auer 30 oder 40 jahren gehabt hebben, dar men desz nicht dohn wolde, so hadden se nene Vollmacht mehr by sich tho handeln.

*) Staph. MS. anecd. ad annum 1533 „Am ersten Febr., der damals auf einen Sambstag fiel, ward eine Versammlung auf dem Capitel Hause zwischen der Clerisei und denen Abgeschickten von Seiten der Stadt gehalten. Es waren daselbst sechs Canonici Johann van Oldensee, Nicolas Hügen, Jacob Henninges, Henrich Kissenbrügge, M. Johann Garlefstorp und Henrich Stuven nebst dem mehreren Theil der Vicarien gegenwärtig. Man hat von Seiten der Stadt neue Artikel, wie in dem libro statutorum panum derer Vicarien im Dom p. 127 vermeldet wird, übergeben, über welche man 8 Tage darnach den 8 Febr. einen Vertrag (vd. additam.) errichtet hat.“

atque edictum exactionis Senatui die XII (al. XV) m. Septembris indiceretur.*)

At Senatores, qui pacti ineundi mandatum acceperant, id prolixa et propensa paciscendi voluntate effecerunt, ut Pontificii litem a Capituli Decano apud Judicium Camerae Imperialis institutam inhiberent, atque in diem St. Martini anni insequentis differrent. Tum Senatus, quo erat eximio pacis et concordiae studio, Hamburgi paciscendi consilia repetiit, sed Pontificii, qui in coenobium Joanneum convenerunt, hanc conditionem acceptam detrectarunt, neque ea obstricti esse voluerunt, nescientes, quid Capituli Decanus esset acturus.**) Deinde Pontificii in deliberationis conventu haud occulte significarunt, omnes articulos a Decano Judicio Camerae Imperialis propositos a Senatu et Civibus esse observandos; sin minus observarentur, proscriptionis poenas ab urbe esse exigendas. Senatus

*) Thraciger ad ann. 1533 ap. Westphalen, l. l. p. 1398 „Anno 1533 ist am Cammergericht ergangen die Urtheil in Sachen zwischen dem Thumb-Capitul an einem und dem Rath, Kirchgeschworn und Gemeinde zu Hamburg, anders Theils, darin der Rath sampt den Kirchgeschwornen und Gemeinde zu Hamburg zu der Restitution verurtheilet wurd, ess seind auch Executoriales eine Peen 500 Mark lödiges Goldes inhaltende, darauf aussgangen und dem Rath den 12 September verkündiget worden."

**) Chron. Hamb. anecdot. Do de heren dut vornahmen, hebben se doch alle so vele gehandelt, dat de Papen mosten stille holden, vnd schriven dem Deken int Cammer Gerichte, dat he stille holde vnd vor kümpstigen Martini nicht forth före im Cammer Rechte, wente de Raht vnd Borger wolden sehen, offte se sich vnder dero tydt vnder malckander konden vortragen. Darna hefft se ein Erbarer Rath wedder tho Hamborch tho enen früendtliken handel gefordert, dat doch wol billiker gewesen were, dat de papen darvmb gefordert hadden. Se sind tho Sunte Johannis thosamende int Kloster gekamen, dar hebben sich de papen hören lathen, wo dat ehr Deken dar quardt vmme weren, dat se de tydt beth tho Martini na gegeuen hadden, vnd hadden ock gesecht, dat se dar apenbar daht stille holdend beth vp Martini darwedder vpseden, vnd wolden dar ock nicht vorgeholden syn, wente se wusten nicht, wat ehr Deken donde worden.

a parte sua bona ecclesiastica, quaecunque pretio existimari possent, obtulit, neque ea Capitulo Cathedrali esse detrahenda censuit. Qua de re Senatus Capituli Decanum certiorem fecit. Nihilominus autem Decanus actionem institutam in Judicio Camerae Imperialis continuavit, eique plures articulos non esse observatos praetendit. Re autem a Rovero explorata, a Decano eos ipsos articulos, quos Senatus obtulerit, in actione sua rursus esse adductos,*) satis superque ex hac nefaria agendi ratione elucebat, Decanum et totum Capitulum Cathedrale nihil aliud egisse, nisi ut urbi nostrae detrimentum atque jacturam inferrent, quo sanctum Dei verbum rursus deprimeretur.**)

Crevit in dies anxia civium cura, fore, ut in urbem nostram gravius animadverteretur, unde circiter eo ipso tempore ad Saxoniae Electorem et Landgravium Hassiae literae de foedere ineundo publice scriberentur. Quum urbs nostra ad circumspicienda auxilia admodum

*) Ibid. Darenbauen hefft ein Raht begeret mit ehm tho handelen. So hebben se sich vorluden lathen, wo dat se alle Articule, de ehr Deken im Cammer Recht hadden wolden van dem Rahte vnd Borgeren geholden hebben, dartho wo hir namahls ein van den Articulen en nicht geholden worde, alsze denen scholde doch düsse stadt in de peen van der acht gefallen syn. Doch nicht tho min hefft E. Erbarer Raht alle Guder, wo se mochten wesen de wertlichen weren, ehme angebaden, vnd de ehm in neuer mahte vor tho entholdende, dat sulve is den Deken int Cammer Gerichte wedder gesend, do hefft de Deken wedder angeklaget, wo ehm dat 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 20. 21. 26. 30. 31. Articul nicht geholden were. Dat sulvige hefft de Advocat dem Secretario Meister Harmen Rouer wedder tho geschreuen, do hefft Meister Harmen in der Wahrheit befunden, dat de Deken de Articul hadde wedder angetagen, de ehm doch ein Erbarer Raht hadde wedder angebaden.

**) Ibid. darvth ein jeder redelich fram mann mochte merken, dat de Deken vnd dat gantze Capitel anders nicht in den sinne hadde, sondern dat se düsse stadt gerne in schaden vnd nadeel mochten bringen, vnd dat ehre bouery vnd tuscherey vnd ehre heidnisch vnd vnchristlich leuend hir tho Hamborg mochte auerhand hebben, vnd dat billige göttlike word möchte wedder vnder die bäncke geworpen werden.

urgeretur, Joachimus Mollerus Senator*) et Joannes Sommerfeldt rei publicae Secretarius**) ad Saxoniae Electorem legati missi sunt, qui Senatus vota, ut urbs in foedus Smalcaldicum reciperetur, hujus foederis sociis deferrent. Neque tamen, etsi cum Saxoniae Electore, cum Ernesto Duce Luneburgensi et cum Bremensibus, qui conditiones ferrent et audirent, agendum erat atque dies conventus jam dictus, Saxoniae Electore impedito, res ad effectum adduci potuit. Jam Capitulum Cathedrale non leniter agendo in concordiae quoddam vinculum cum urbe nostra redire recusavit, nec solum bonorum ecclesiasticorum, quae in rerum scholasticarum usum conversa essent, restitutionem, verum etiam rituum et caerimoniarum ecclesiasticarum ex catholica formula renovationem postulavit. Tum, Judicio Camerae Imperialis urgente,***) urbs nostra ad incitas redacta solemni declaratione Protestantium Ordinibus sese addicere constituit. Quae quidem publica urbis nostrae declaratio die XVI. m. Novembris in lucem emissa est. †)

---

*) Joach. Möller Quindecimvir 1528. Sen. 1529. obiit 1558. Praefecturam agri Ritzebüttelîani regendam ex auctoritate Senatus per plures annos susceperat.

**) M. Joachim Sommerfeldt Secret. 1523. resign. 1538. Sen. 1540. obiit 1546.

***) Thraciger ad ann. 1535 ap. Westphalen l. l. p. 1400 „A. 1535 als die von Hamburg in Sachen mit dem Thumb-Capitel auf Anhalten des Thumb-Dechants durch des Cammer Gerichts pressen hefftig gedränget und geängstiget wurden, versuchten sie zu vielen unterschiedlichen Malen güthliche Handlung mit dem Capittul, aber sie konnten zu keinem endlichen Vertrage kommen; denn das Capitul begehrete nicht allein die Güter und Hebungen zu restituiren, sondern auch die alten Kirchen-Gebräuche und Ceremonien. Als sie nun sahen, dass kein Handel zulangen wolte, und das Cammer-Gericht mittlerweil immer fortfuhr, haben sie die äusserste Zuflucht gesucht, und sich mit einander einhellig beschlossen, dass sie sich wolten in den Schmalkaldischen Bund begeben, und sich also durch eine öffentliche Protestation den protestirenden Ständen anhängig gemacht, den 16 Tag Novembris."

†) Asservatur in bibliotheca urbis nostrae publica manuscriptum quod inscribitur: „Handlungen der Schmalcaldischen Bundesverwandten, so weit die Stadt Hamburg daran

His rebus gestis Senatus Amplissimus die Lunae post festum trium sanctorum regum (d. X Jan.) anno 1536 Cives in curiam vocavit, ut de foedere Smalcaldico ineundo cum iis conferret.*) Ibi Paulum Grote**) Consulem Magnificum in hanc sententiam locutum

Theil genommen, wie auch dieser Stadt Aussöhnung mit Kays. Majestät und die Annahme des publicirten Interims betreffend.“ Quo manuscripto continetur solemnis illa formula decerpta, qua Hamburgum Smalcaldico foederi se adjunxit, et ad Protestantium partes transiit „Vnnd nha dem dhe Werdighen Prauesth, Deken vnd Capittel der Collegiaten Kerken hir tho Hamborgh vns vor Keyserlichem Camerghерichte vorghenamen vnd hefftiglick ghegben vns gheprocederet, beth so langhe se eyne Sententien (vnangesehen Keyserlicher suspencion) wedder vns erlanghet hebben, vnnd wowol wy dersuluighen inn allen Puncten vnnd Articulen tydtlick Guedt vnnd Werdicheit belanghende Keys. Maytt. tho vnderdenighen Gehorsam gheleuet, vnnd wercklicke Vulstreckunghe ghedann, darbeneffens protesteret, iffth ahn vns jennigh Mangel befunden worde, (dath wy nycht hapen) wolden wy vns nochmals ahnn dhemesüluighen gheborlick tho schicken ock erbaden hebben, inn vertrostinghe, eyn werdigh Capittel scholde sick der ertogheden Billicheit ghenügen laten, so befynden wy doch, dath ohre W. nycht ghesediget, sunder vermenen auer dath wath godtlicke Ehre, vnsere hillighe christlike Religion, Ceremonien sampt ohrem Anhanghe belanghet, vns tho entheen, welkes wy ahne verderff vnser szelen vnd ghemenes fredes nycht dulden kunnen noch moghen etc.

*) Chron. Hamburg. anecdot. (Sect. Hamborch kompt in vorhundt.) Anno 1536 den Manedag na der hilligen drey Köning was den 10ten Januar: do hadde ein Erbarer Raht de erffseten Börger thohope vp dem Rahthuse, vnd hält Herr Pawel Grote Börgermeister dat wordt, vnd hält den Borgeren vor, wo dat suszlang her were gehandlet mit den heylosen Papen, vaken in der Gude, dat se doch alltost affgeschlagen hadden, tho der einen tydt hadden se dem Rade einen losen dach gelecht, tho der anderen tydt hadden se gesecht, wo dat se nene vollmacht by sick hadden, wo denne de handel mennige leue tydt hergelopen hadde, moste de sulvest Mester Harmen Rouer Secretarius den erffseten Borgeren van vorher beth nu tho ende vthseggen mit langen braden reden.

**) Paul Grote, Sen. 1514. Cons. 1531. obiit 1537. die Jovis post Epiph. Dom. Ritzenh. epitaph. l. l. p. 101.

Consul in hoc tumulo Paulus cognomine Magnus
Exuvias animae membra moventis habet.
Vir pius, et verbi divini verus amator
Mortuus in Christo vivit habetque bene.

accipimus. Diu cum Pontificiis perniciosis esse actum, idque saepius evenisse, ut illi modo paciscendi diem dicerent, modo sibi auctoritatem pacti ineundi deesse perhiberent, quo res de industria protraheretur. Tum Hermannus Rover omnia, quae cum Capitulo acta erant, quemadmodum a nobis exposita sunt, enarravit, ut instauratorum sacrorum historiam inde ab ipsis ecclesiae initiis, quibus urbs nostra Jesu Christi gratia ad sancti evangelii cognitionem percipiendam adducta est, usque ad ecclesiam evangelicam Ordinatione Bugenhagiana firmius constitutam et rixas cum Capituli Cathedralis Canonicis inde exortas repeteret.*)

His a Rovero Civibus expositis, Paul Grote Consul: Accepistis, inquit, Cives vosmet ipsi ea omnia, quae Roverus Vobis ante oculos posuit, quomodo Pontificii inde ab anno 1528 usque ad hoc tempus nobiscum egerint. Neque leniter nobiscum agi voluerunt, sed id pertinaciter sibi proposuerunt, ut urbem nostram proscriptionis poena afficerent, ex qua nemo facile emergere possit. Ex duabus viis una igitur est eligenda; aut Pontificiorum voluntati est indulgendum, ut Pontificii in pristinam splendoris et fastus conditionem restituantur aut via est indaganda, ut nosmet ipsi Evangelicorum foederi nos addicamus, et sic in Dei verbo acquiescamus et quid inde eveniat, audeamus.**)

*) Chron. Hamb. anecdot. Thom ersten, wo dat de van Hamborg dorch de gnade Jesu Christi vnses leuen Herrn tho der erkänntnisse sines hilligen göttliken wordes sindt gekamen, darvth se georsaket sind den hochgelerden Doctor Johann Bugenhagen allhie tho forderen vnd tho kamende, de ock int jahr anno 1528 gekamen is, vnd eine Ordinarie gemaket vth göttlikem worde, dardorch de miszbruck der seylmissen is in allen kercken affgedan worden, dartho alle ziringe vnd klenodie tho allen kerken thohörende beschreven is worden, dartho alle Capittelsheren sich do mit den Borgeren voreiniget vnd hir tho bliuende mit handtastigen gelauet hebben.

**) Ibid. Do hefft Herr Pawel Grote de Borgermeister tho den Borgeren gesecht: Leuen Borgeren, juwe gunst höret allenthalven, wo dat Meister Harmen Röuer juw vnder-

Tum Consul Magnificus ex Civibus postulavit, ut accuratius inter se deliberarent, utrum Pontificios in antiquum ecclesiae statum redire sinerent, an foedus Smalcaldicum inirent. Re a Civibus studiose perpensa, omnes singularum paroeciarum cives concordibus animis statuerunt, in Dei verbo esse acquiescendum. Tum per Petrum Hesterberg*) Senatui exposuerunt, omnes omnium paroeciarum cives in Dei verbo et vivos et mortuos permanere velle; vitam et bona, uxorem et liberos et quaecunque in hac vita terrestri possiderent, esse periclitanda, rerumque discrimini committenda.**) Se igitur ex Amplissimo Senatu enixe petere, ut urbi nostrae in Evangelicorum foedus recipiendae quam celerrime operam daret.

---

richtinge gegeven hefft, wo dat de Papen van anbeginne her van anno 1528 beth nu tho düsser tydt mit vnsz gehandelt hebben vnd vnsz in nenen fründtliken handel sich beseggen lathen, sondern strax des sinnens syn, dat se düsse gude stadt in de acht willen hebben, darvth man sick nicht wohl helpen kan, sondern vom twen wegen moht man enen kesen, thom ersten man moht den Papen ehren willen lathen, vnd se in alle ehre herrlicheit weddersetten, wo se oldelinges gehabt hebben, edder man moht den weg finden, dat man mede in dat evangelische vorbundt kamen möge, vnd alszo by dem worde Gades tho bliuen vnde wagen, wat darna folget.

*) Peter Hesterberg Quindecimvir paroeciae Nicol. 1532. resign. 1536. quum in paroecia D. Petri domicilium poneret. Quindecimvir paroeciae Pet. 1537.

**) Ibid. Darvp begerede de Borgermeister, dat de borgeren sich darvp wolden bespreken, wat se gesinnet weren, effte se de Papen tho ehren olden donde wolden steden, edder wen se by dem Evangelio wolden bliuen, vnd wolden mede ind vorbundt treden. Darvp hebben de Borgeren by sick dut bespraken, vnd in allen karckspelen endrächtigen geschlagen, se wolden by dem worde Gades leuendig wagen, vnd hebben dat dem Rade wedder angedragen dorch Peter Hesterberg, wo dat alle Borgere vth allen karckspelen wolden by Gades wordt leuendig vnd dodt bliuen, lyff vnd gudt, wyff vnd kindt vnd allent, wat se in der werldt hadden, wagen vnd vpsetten, vnd begereden an dem Erbaren Rade, dat de dar mit dem ersten wolde vor syn, dat düsse stadt in dat evangelische vorbundt mochte kamen.

Nihil acceptum unquam a Senatu tanto gaudio traditur. Sibi laetum esse et gratum responderunt Patres, quod in Dei verbo perseverare vellent; se gratias agere Civibus vel maximas et summo cum studio assequi esse conaturos, ut urbs nostra Smalcaldico foederi adjungatur.*) Inde a Senatu studiosissime actum est, ut pactum cum sociis Smalcaldicis conficeretur. Mox autem Ernestus, dux Luneburgensis cum legatis Bremensibus et Brunsvigensibus Hamburgum profectus est,**) ut urbis nostrae receptio in sociorum Smalcaldicorum foedus die XXV. m. Januarii 1536 solemniter sanciretur. Consiliis hinc illinc agitatis, urbs nostra ad foederis sumtus pro sua parte suggerendos ita aestimata est, ut stipem duodecim millium marcarum Lubecensium quotannis conferendam et ante festum D. Michaelis ei esse pendendam ex pacto statueretur.***) Quae quidem pactio in Conventu Senatus et Civium die XIII. m. Jun. anno 1536 proposita communi decreto confirmata et sancita est.

Sic igitur patria urbs in sociorum Smalcaldicorum foedus recepta omnibus molestiis rerumque discrimini, quo Evangelici opprimerentur, promte parateque se praebuit, et rei publicae nostrae

---

*) Ibid. Darvp ein Erbarer Raht geantwerdet, idt were ehm gantz leff, dat de Borgere by dem worde Gades bliuen wolden, vnd hadden ehm ock höchlich tho danken, vnd wollen dar na ehrem begehr mit dem ersten mit allem fliete na syn, dat düsse stadt mede in dat evangelischc vorbundt kamen mochte.

**) Thraciger ad ann. 1536. ap. Westphalen, Monumenta inedita etc. l. l. p. 1401. A. 1536 kahmen gen Hamburg Hertzogh Ernst zu Lüneburg und die Gesandten der Stadt Bremen und Braunschweig; mit dem vertrug sich der Raht mit Bewilligung ihrer Gemeinde, und liessen sich gäntzlich in den Bund Sonnabends nach Convers. Pauli.

***) Chron. Hamb. anecdot. Vnd syn darmede in gekamen (in dat evangelische vorbundt) dorch handelungen etzlicher Heren Försten, Rede vnd Stede, vnd hebben düsse stadt alszo getaxiret alsze vp 12000 ℔ lübisch, de scholde düsse stadt vthgeuen vor Michaeli, vnd dat most man in gahn vnd vorbrefen vnd vorsegeln, solch geldt vor Michaeli tho sendende.

navicula, etsi impetuosis fluctibus tum aliquamdiu agitata, tamen cum Evangelicis foedere conjunctis ad securitatis et quietis portum se appulit. Sed quidquid urbi nostrae imminuisset, firmissimum rei publicae fundamentum Civium sententia in ipsis comitiis pronunciata jecerat, rem publicam Hamburgensem in Dei verbo esse positam, ut nemo Civium, donec quidquam virium superesset, corpori aut sanguini suo parcere vellet. O felicem civitatem hoc fundamento subnixam, o cives fortunatos tali animi persuasione huic civitati addictos!

Videtis, Cives, quam praeclare et fortiter majores nostri et pro sancta evangelii veritate et pro patria ipsa dimicaverint. Adhuc viget et semper vigebit verbi divini veritas, quae ecclesiam et rem publicam Hamburgensem quam artissime inter se nexam condidit. Ex hoc uberrimo et perenni verbi divini fonte, cujus scaturigo nunquam arescet, et felicitas publica et domestica quovis tempore redundabat et adhuc redundat. Agite igitur, Cives, ut hanc divinam veritatem animis Vestris infixam teneatis, et haec bona aeterna, quae majores nostri et sibimet ipsis et Vobis comparaverint, tanquam pretiosissimum rei publicae thesaurum intactum et incolumem conservetis, ut veram libertatem christianam, superstitionum humanorumque commentorum multitudine solutam, nulla alia nisi verbi divini auctoritate circumscriptam, unde vera rei publicae libertas enata est et enascitur, ad omnem posteritatem propagetis.

Restat, ut hoc rite dicamus, cujus rei causa haec publice scripsimus. Indicenda nobis sunt inaugurationis solemnia in communi Gymnasii et Joannei auditorio pie celebranda. Ac primo quidem die, qui est dies V. m. Maii, orationes habebunt:

Christianus Nicolaus Pehmöller, Senator Amplissimus et Proto-Scholarcha.

Augustus Jacobus Rambach, SS. Theol. Dr., Pastor ad aedem Sti. Michaelis et Rev. Ministerii Senior.

Altero deinde die, qui est dies VII. m. Maii, orationes habebunt:

Augustus Jacobus Rambach, SS. Theol. Dr., Pastor ad aedem Sti. Michaelis et Rev. Ministerii Senior.

Otto Krabbe, SS. Theol. et Phil. Dr., Philologiae Sacrae Prof. Publ., H. A. Gymnasii Rector.

Fridericus Carolus Kraft, SS. Theol. et Phil. Dr., Director et Professor Joannei.

Ericus Augustus Fridericus Krämer, Phil. Dr., Professor et scholae Joanneae quae vocatur Realis Director.

Hanc igitur utramque panegyrin ut frequentia ornare atque concelebrare velint, Magnificos rei publicae Consules, Amplissimos Senatores, Summe Venerandos verbi divini Ministros, Perillustres ac Gravissimos Gymnasii Curatores, omnium ordinum Doctores, Fautores, Amicos, denique Commilitones suo quemque loco et ordine colendos ea, qua par est, observantia invitamus.

P. P. in Gymnasio Hamburgensium Academico diebus ante Dom. Palmarum. MDCCCXL.

